¶ Por quanto deſpues de hecha y publicada la pragmatica ſuſodicha, nos fue fecha relacion, que antiguamẽte la dozena del herraje mular, ſolia ſer de a doze o treze libras, y la dozena de las herraduras aſnales de acatorze libras, y q̃ deſte miſmo peſo cõuiene que ſean agora para que ſe hagan como deuen, y las beſtias no ſe manquen, y viſto por los del nueſtro conſejo, y ſiendo llamados para ello perſonas eſpertas en el oficio de herraje, fue acordado que ſe deuia proueer lo aqui contenido. Porende declaramos y mandamos, que de aqui adelante las perſonas que hizieren y labraren y vendieren el dicho herraje mular y aſnal, ayan de hazer y hagã la dozena del herraje mular de a doze libras, y la dozena del herraje aſnal de a catorze libras, no embargante q̃ por la dicha nueſtra carta y pragmatica ſancion ouimos mandado otra coſa, y con eſta declaracion mãdamos a nueſtras juſticias, y a cada vno dellas en ſus lugares y juriſdiciones, que guarden lo a qui contenido y en la dicha carta y pragmatica ſancion, ſo las penas en ellas contenidas.

LEY. VII.

¶ *Que declara como ha deſer el clauo del dicho herraje.*

¶ *Dõ Carlos y doña Iuana, en Ocaña, año de. 1531. pragmatica.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

¶Mandamos, que las leyes susodichas que fablan en el herraje y clauazon de los herradores se guarden con tanto que el clauo que de aqui adelante se ouiere de hazer, sea del peso que las dichas leyes mandan, y de cabeça de dado o llano de dos golpes, tanto de vno como de otro, metida en clauera, assi lo vno como lo otro, so pena que el q̄ fiziere el clauo de otra manera, caya e incurra en las penas contenidas en las dichas leyes.

LEY. VIII.

¶ *Que las justicias hagan particular diligencia, en executar las leyes que tocan al herraje.*

¶ *Don Felipe. II. en Madrid año de. 1563. en la respuesta delas cortes de Valladolid del año de 1523. cap. 148.*

¶Mandamos, que los Corregidores de Vizcaya y prouincia de Guipuzcoa, y los otros Corregidores y justicias destos reynos en sus lugares y jurisdiciones con mucho cuydado y diligencia visiten todo el herraje, para que sea de la bondad peso y calidad, que las leyes de los nuestros Reynos mandan, y castiguen a los trāsgressores dellas. Y mandamos que se les haga cargo alas dichas justicias en las residencias si no lo hizierē y cumplierē:

¶ *Que en siendo recebido el Corregidor en algū pueblo haga luego pregonar q̄ traygā acorregir y cōcertar todos sus pesos y medidas, ley. 19. tit. 5. li. 3.*

TITVLO CATORZE.

de los regatones.

LEY. I.

¶ *Que los regatones no compren viandas ni pan a cinco leguas de la corte para reuender.*

¶ *Don Enrique. III. Y don Fernando y doña Ysabel En Toledo año de. 1480.*

¶Porque la nuestra Corte sea mas abastada de viandas, defendemos que ningun regaton,[a] ni otra persona, sean osados de comprar en nuestra corte, ni a cinco leguas en derredor viandas algunas para reuender, conuiene a saber, pan cozido,[b] ni trigo, ni ceuada, ni auena, ni otro grano,[c] ni paja, ni legūbre, ni carne muerta ni viua:[d] ni pescados frescos ni salados[e], mayores ni menores, ni de mar, ni de rio, ni otra vianda alguna,[f] y qualquier que contra esto fuere, que le den sesenta açotes, y pague seyscientos marauedis, y pierda lo comprado, y aya la mitad dello el acusador, y qualquier persona los pueda acusar.[h] Y otro si, que el juez de su oficio[i] haga proceder en este caso, sino vuiere acusador. Confirmaronla el Rey y Reyna en Toledo, y mandarō, que en la pesquisa y execucion della entiendan todos los alcaldes q̄ a la sazon residierō en la Corte,[k] y si ellos fueren negligentes q̄ los del consejo entiendā y prouean en ello.

GLOS. I.

1 *Propolæ, mangones, vel venalitiarij qui dicantur & dardanarij?*

2 *Propolæ munus valde periculosum animæ & pluribus fraudibus obnoxium.*

3 *Mercatores reipublicæ sunt necessarij, & quare?*

4 *Propolæ reipublicæ sunt necessarij, & quare?*

5 *Propolæ munus quando non sit damnabile, & quando damnandum?*

6 *Vendere carius iusto pretio, an liceat?*

a *Regaton.* Propola dicitur negotiator, qui minoris emit, vt cariùs vendat, vt ex Cicerone contra Pisonem colligitur. Hîc manceps appellari etiam solet, qui annam flagellare dicitur, teste Budeo in annotatio. in Pandectis titulo locati. l. qui fideiussor, pagi. 326. horū munus sordidum est, vt dicam infra glos. 7. vocantur etiam dardanarij, mangones, seu venalitiarij, vt in. l. mercis

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mercis. ff.de verbo. significa.l.iustissimè. ff. de edili. edi. Benuenut. de Straccha de mercatoribus,part. 1. nu.17. & seq.† Horum munus animæ est valde periculorum, licèt reipublicæ sit necessariũ, periculosum, propter varias circunstantias,tum quòd compluribus fraudibus, tum etiam periculis est obnoxium, vt probat Domi.à Soto libr.6.de iusti. & iure.q.3.arti.2.conclusio.5.post diuum Thomã.2.2.q.77.arti.4.& latius Ioan.à Medina,codice de rebus restituend.q.31.Luc. de Pen.in rubric. C.negotiatio.ne milit.lib. 12.quæ circunstantiæ cum in omnibus artibus inserpant, tum potissimum in hac vel alia qualibet mercatura,quales sunt mendacia,periuria, & fraudes ex lucri auiditate proueniẽtes:quæ huic negotiationi,ex peculiari quodam genio, inextinguibili mercatorum siti mirè congruunt, vsque adeò,vt difficilẽ admodum, ne dicã impossibile, ab huiusmodi fraudibus & mendacijs, qui in hoc pelagus se immergunt, sese abstinere, vt Soto attestatur.d.libr.6.q.2.art.2.conclu.3.† Non tamẽ diffiteor,negotiationem reipublicæ esse necessariã quippe quum respublicæ omnes non omnibus abundant rebus,quibus indigent:sed pro climatũ varietate, alia affluit terræ fructibus & officijs, quorum alia inops est,& vice versa alia est aliorum locuples,quorum inopia alia laborat. Nec possent paupares tam lõga itinera facere,vt minima quibus indigent apportarent,nec verò omnes qui mercibus abundant possunt vecturã exercere, vt illas aliò transportent:sunt ergo necessarij quibus ea sit cura, vt merciũ copias hinc inde trãsuehãt, singularisque hominibus minutim vendant,hi sunt mercatores, mercatoribus ergo indigemus, hæc fuit Platonis sententia lib.31.totius operis dialogo.2. de republica vel de iusto col. 10.idem voluit eo tacito authore Domi. à Soto lib.6.de iusti.& iur.q.2.art. 2. concl.3.Bal.in rub.extra de cleri. peregri.mercatura, inquit, est amica populis,quia mundus non potest sine mercatoribus viuere,optimus text.in l.2.ff.de nũdin.referens Platonis sententiã, Tiraq.de nobili.c.33. nu.12.Luc.de.Pen.in.rub.C.negotiato.ne milit.libr. 12.paulò ante finem.c.quod super, de voto. l.4.tit.7. de nundinis & merca.par.5.&.6.Gre.Lu.in verb. *mercas.*† Sunt etiam necessarij in republica propolæ,mãcipes,& caupones, qui se in foro cõstituãt ad emptionem & venditionem,vt in loco nuper citato constituit Plato, vsu enim euenit, vt certo tempore abundantia sit rerum,alio verò penuria,nec tamẽ quia pauper est, potest fructus suos diu seruare,quare deficiẽtibus emptoribus, qui in aliud tempus cõseruarent,non posset profecto respublica incolumis seruari, quin etiã dum merces in portu maris exonerantur, necessarij sunt coemptores,qui earum copiã in tempus indigẽtiæ seruent, & minutim distrahant,nõ enim possunt singuli sibi in futurum prouidere(cuius rei ipse testis sum in causa propria, triginta enim & quatuor sunt anni,quibus familiam sustineo. Regique pro viribus inseruio, quo in tempore non valui, quæ mea facta fuerunt, per vnum saltem annum necessarios præmere victus moderatis pretijs, vt reliqui aliquid mihi superesset ex stipendio & salario mihi designato) præterea afferens agricola ad forum aliquid eorum, quæ ex prædio colligit, vel aliquis alius ministrorum seu mercenariorũ opera manuũ suarum,si nõ in idẽ tẽpus venient, cũ indigentibus ea quæ ab ipsis sunt expertate vendere possint, necessario vacabunt sedentes in foro, nisi sint qui hæc minutim vendentes seipsos in hoc statutãt ministerium.Indiget ergo respublica his negotiatoribus,non solũ mercatoribus sed & propolis, mancipibus, & cauponibus, vt & Iurisconsultus admonet in l.fi.ff. de nundin. vbi Callistratus Platonẽ huius rei authorẽ citat, Domi.à Soto,his tacitis. d. q.2.lib.6.de iusti. & in.arti.2.concl.3.* Sed huiusmodi homines tunc damnandi non sunt, vt ibi.asseuerat Domi.à Soto conclu.5.in fi.cũ postquã singuli sibi necessaria emerunt, redundantiã mercantur,vt in tẽpus indigentiæ seruent:non illi qui omnino parati sunt ea minoris emere,quæ pauperes necessitate vrgente vẽdere solent,alios non inuenientes emptoris vt vestes, libros,& similia, ibiq; Domi. respondet ad argumenta contraria,ad cuius scripta lectorem relego.† Sed an his vel alijs liceat rem pluris quam valeat vẽdere, & in conscientia salui sint? & theologi resoluant, si vẽditionem in sua natura cõtemplemur, nunquã licere,rẽ aut iusto minoris emere,aut maioris vendere,secundũ diuum Thomam.2.2.q.77.Ioan.à Medina in codice de reb.restituen. q.31.&.36.Domi.à Soto lib.6.de iusti. & iur.q.2. artic.3.quod autem sit iustum pretiũ,tractat ibidem, & idem Domi à Soto libr.6. de iusti.& iur.q.3.art.1.d.D.Couarr. lib.2.resolut.c.3.num.4.& nos diximus supra hoc lib.tit.11.de empt. & vendi.l.1. glo.1.&.2.vbi latissimè.Illud tamen perpetuũ est, & ab omnibus receptum nunquã licere fraude aut dolo vti, vt res pluris iusto vendatur, vel minoris ematur, sub pœna peccati mortalis, manetque restitutionem obnoxius, qui simili fraude vsus fuerit, sicuti authoritate Apostoli ad Thesa. 4. probant omnes superius citati.

GLOS. II.

Panis cocido. Hoc non immutatur per legem sequẽtem.

GLOS. III.

Frumenti reuenditio prohibetur generaliter, quando quę tamen permittitur, & nu.2.

Frumenti valor quomodo probetur? remissiuè.

Frumentum vendere quando quis compellatur? ibid. remissiuè.

Vendere triticum vicinis tempore penuriæ plusquã alijs quis compellitur,ibi.

Ni trigo,ni cenada,ni auena,ni otro grano. Frumenti reuenditio hic prohibetur, prout & latius inhibetur supra tit.11.de emp.& vend.l.19.licẽt per.l.sequẽtẽ hoc permittatur:sed.l.sequens quoad hunc articulũ per.d. l.19.corrigitur, vt ibi aduertam. † Scire tamen oportet, id quod de reuenditione panis prohibitum diximus obtinere, præterquam in locis aduectitijs, vbi quæ ad victum spectant aduehuntur, in his etenim permittitur agasonibus seu mulionibus, vel plaustratijs frumentum in loco aliquo emere, vt alibi exportent, in foroque publico diuendant, quibus non licẽt

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

licèt pœnam in horreo intrudere ad reuendendum tẽpore caristiæ, vt in.d.l.19.ad fin.tit.11.de emp.& vendi.supra hoc lib. † Valor autem frumenti, quomodo
3 probetur, dixi in.l. tit.11.supra hoc eod. lib. glossa.2. nu.39.&.40 quando autem ob annonæ inopiam possit quis cogi vendere frumentum, vel emere quod in horreo publico conditum est, & quando liceat taxare pretiũ, quando trãsgredi nequeat, & alia huc concernentia videre licèt per Auilef. c.17. prætorum.nu. 1.& pluribus seq.Pet.Nan. de mandatis exequendis, par.1.c.16. nu.20. 21.&.22.d.D. Couarru.libr.3.resolu. c.14.nu.6.vbi vicinis potius quàm alijs vendere frumentum tempore caristiæ quis compellitur, nu.1.2.& 3.Greg.Lupi in.l.3. tit.5. glo.1 p.5. Did.Perez in.l.2. tit.23.lib.2. ordi.glo.magna col.713.versi.tandem quæro, vbi latè tractãt, quibus casibus quis compellatur vendere, dixi aliquid supra hoc lib.tit.11. de emp.& vendi.l.1.glo.2.nu.41.&.42.

GLOS. IIII.

Lex nostra corrigitur per sequentem, quoad venditionem carnium.

Carne muerta ni viua. Hoc corrigitur per legem sequen
d tem, vbi dicam.

GLOSS. V.

Pescados frescos ni salados. Aquatilia quando reuendi possint, dicam in.l.seq.glo.10.nu.1.

e

GLOSS. XII.

1 *Victus appellatione omnia quæ ad viuendum sunt necessaria continentur.*

2 *Victus appellatione proprius cibaria continentur, Lex nostra ad cibaria restringitur, ibi.*

f *Ni otra vianda alguna.* Victus appellatione quæ esui, potui, cultuique corporis quoque ad viuendum homini sunt necessaria continentur, vt constat ex Cicerone de amicitia, multi, inquit, diuitias despiciũt, quos paruo contentos, tenuis victus, cultusque delectat, & iterum.1. Officiorum, vita, ait, victusque communis in amicitijs vigent, maximè.l. verbo victus.ff. de verbor.signi. vbi Alcia. Laurentium Vallam capit con-
2 trarium volentem. † Et quamuis verbum hoc id præ se ferre videatur, iuxta propriam eius significationẽ, verius tamen est, proprius ad cibaria referri, quæ cariora fiunt, cùm in mancipum manus circumferũtur, atque ideo meritò hac in specie prohibentur, vt hic statuitur, & notat Did.Perez in.l.3. in verb. no lo réuendan, tit.vlt.libr.2.ordi.col.716.in fin.& seq.Cum ergo lex ista pœnalis sit, ad cibaria tantum non ad victualia erit referenda, vt probat Alcia.in d.l.victus.in fin.ff.de verb.sign.

GLOS. VII.

1 *Propolarum & cauponum munera sordida sunt. Mercatura tenuis sordida est, ibi.*

2 *Mercator qui mercimonijs vendendis publicè præest vilis est, & abiectus.* (gnitati.

3 *Mercatura, an & quãdo deroget nobilitati, & di-*
Mercatura tenuis vbicunque sordida est, ibi.

4 *Pœna verberum est infamis, & vilibus imponitur.*
Pœna laquei & furcæ est ignominiosissima & vilibus imponitur, nõ nobilibus, sed decapitatio, ibi.

5 *Pœna fustiũ ignobilibus, nõ nobilibus imponitur.*

6 *Propolæ & negotiatores, an possint esse decuriones in oppido suo alijs honestioribus deficiensibus?*

7 *Propolæ quibus ex causis verberibus cædantur, & pro alijs criminibus puniantur, remissiuè.*

g *Scenta agotes.* Hæc pœna augetur in.l.6.infra eod. vt centum flagellis publicè cædantur, ex quibus expendere poteris, quàm sordida sint, & vilia propolarum, & cauponum munera, prout dixerat Cicero libr.1. de Officijs, sordidos dicens eos esse putandos, qui mercãtur à mercatoribus, quod statim vendant, nihil enim proficient, nisi admodum mentiantur, de quibus scripsit Iurisconsultus in.l.iustissimè.§.proponitur.ff.de ædili.edi.id genus hominum ad lucrum potiùs, vel tutiter faciendum pronius esse. Quod iuuatur ex alia paulò post ed ta ab eodem Cicerone sententia d.libr. 1.Officiorum, mercatura, inquit, si tenuis est, sordida putanda est, sin magna & copiosa multa vndique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda, cuius sententiam citat Luc. de Pen.in.l.cohartalis. C.de cohartali.libr.12. & in.l. maximorum, propè fin.C.de excusatio.munerum, lib. 10.Cœpola de imper.milit.diligẽ.in materia nobilitatis, in.18.opinione, Tiraquel.lib.de nobilitate.c.33. numer.10. Pet.Nun. de manda.exeq.c.19.numer.21.
2 versi.& præmaxime.† Estque ad id tex.optimus in.l. humilem.C.de incest.nup.qui inter humiles, & abiectas personas hũc constituit, qui mercimonijs publicè præfuit, idè probat text.in.l.1. C.de natural.libr.quin. & negotiatores huiusmodi dignitatem assequi nõ possunt, & à iam adepta repelluntur, vt in.l.ne quis.C.de dignitat.libr.12.vbi Luc.de Pen.eos sordidos appellat, & in.l.cohartalis.in fin.C.de cohartali lib.12.vbi eum dicit notabilem Ioann.de Plat.idem voluit Aristo.lib.
3 polyticorum.3.c.etiam.3.& rursus lib.7.cap.9. † Alia quoque adducit Tiraq.libr. de nobilitate.cap.33.vbi in fine nobilitati asserit derogare mercaturã, nisi in prouincia, vbi aliud consuetudine inducitur, vt apud Genuenses, & Venetos, vbi nobilissimi eam exercent, vel quia necessitas loci id expoſcat, vbi nulli alij fe-
4 reddi tus, nisi ex mercatura haberi possunt, vel alia ex causa, vt in hoc regno. Nisi tamen mercatura sit tenuis, vt testimonio Ciceronis asseuerãt Cœpola, & Tiraq.vbi supra. Fallit etiam vbi per alios exercetur secundum Alberic.in.d.l.humilem.C.de incestis nupt. quem sequitur Alciat. in tractatu de præsumptionibus, regula.1.præsumptione.48.numer.10.& in libro 2.de verborum significatione, cartha.3.versic. siccum verba

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

verba Pet.quoque Rebu.in repe.auth. habita,in verbo, & à vilissimis sæpe hominibus.C. ne filij pro patre.Tiraq. de nobilita.c. 33.in fi.& c.27.nu.7.& seq.

4 †Et si dixeris, quo pacto ex hac lege expenditur sordida esse munera propolarum,& cauponum.Respondeo id colligi ex vilissima flagellorum,seu verberum pœna is imposita, quippe qua nulla apud nos magis infamis, vilissimi enim homines hac pœna plectuntur nõ nobilis,vt in.l.vlti.tit.18.de crimine incestus,par.7.ibi, *E si aquel que hiziesse el casamiento fuere home vil, deuenle dar açotes publicamente*, & in.l.2.titul.19.eod.parti.ibi,*E si fuere home vil, deue ser açotado publicamente*, & in alijs pluribus huius regni legibus, quas enumerare esset fastidiosum, idq; expressim asserit Ioan. Oroscius in.l.liberos. numero.4.ff.de in ius vocand. Nobilibus autem huiusmodi ignominiosæ pœnę non solent imponi, vt in.l.moris.§.sed enim,&.l.sequen. incip. in seruorum ff.de pœn. vti pœna fustium vel flagellorum aut furcæ:vilis siquidem & abiecti,& infimæ sortis homines hoc mortis genere afficiri solent, non etiam decuriones,alijque honestiores. Proinde dixit glos. in.l.3.§.1.in verbo,torquentur. in fin.ff.de re milita.nobiles non debere suspendi ex delicto quo plebeius suspenditur, sed, vt doctores ibi attestãtur decapitari solent, aut alia pœna non ita ignominiosa plecti, ita Bar.& Alexan.in apostillis ibidem,Bald. in.c.cum quidam. in fi. Panorm.& Feli.3.declara.extra de iureiu. Dec. in. c. atsi clerici. 7. notab. de iudi. h & in consil. 65.in fi. Tiraq. citans concordan. libr.de nobilita.cap.20.nu.107. Auilesius in.c.1.pretorum in verbo, *derechamente*. nu.28.idem Tiraquel.aut quisquis is est in lib.de pœnis temperãdis. causa.31.num. 5.vbi & num.2. probat pœnam laquei esse inominiosissimam,vilissimamque authoritate Bald. in rub. extra de offi.deleg. nu. 17. post medium,& in.l.omnes, & ibi Ioannes de Plat. C.de delatori. lib.10.Angel.in auth. sed nouo iure. C.de serui.fugi.idem voluit Ti-

5 raq. d.c.20. nu.106.† Estque ad id tex.regni nostri, in.l. 8. in prin.titul.31.de pœnis, par.7.& in.l.capitalium.in prin. vers.non omnis, &.§.fi.ff.de pœn.& in §.& vt generaliter, eiusdẽ legis, vbi tenuiores homines fustibus cædi solent,honestiores verò fustibus nõ subijciuntur, & generaliter omnes qui fustibus cædi prohibentur, eadem habere honoris reuerentiam debent, quam decuriones habent.Denique inquit idem iure consultus in.d.§.vlt.l. capitalium,maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos, quàm liberos, famosos, quàm integræ famę homines punierunt dict. l.8.in prin.tit.31.par.7.l.si quis aliquid.§. auctores. ff.

6 de pœnis, &.l.vltima.ff.de iureiu.† Aduertere tamen oportet, huiusmodi negotiatores qui vtensilia negotiantur & vendunt, licèt ab ædilibus cædãtur fustibus seu flagellis non esse infames, nec ab honoribus in patria sua repellendos: quamuis indecorum sit,eos inter honestos viros amittere, nisi ob defectum aliorum, qui muneribus publicis fungi possint, id fiat, vt in. l. eos.ff.de decurionib.his negotiatoribus præpositi erant olim episcopi.l.fin.§.item episcopi.ff.de mune.& hono. qui curã gerebant ducendi propolas & caupones huiusmodi ad ædiles, vt punirentur, vt in.d.l.eos, & in.l.ædiles, versi.liber autem.ff.de via publi.Luc.de.Pen.in.l.maximarum, prope fin. C.de 7 execu.mun.† Hæc autẽ negotiatio nõ semper in regia curia prohibetur,prout in hac lege statuitur, nec tam graui pœna negotiatores cohercentur, nisi casibus,in glo.seq.dicendis.Cęduntur tamen quandoque,& alijs extraordinarijs & arbitrarijs plectuntur pœnis, si vtensilia pluris vendant pretio taxato,vt Luc.de Pena asseuerat in. d.l.maximarum, prope finem,Franc. Ripa in tractatu de peste, tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem.num.198. & sequent.puniuntur etiam, quia corrupta distrahunt,fraudesque & impostura faciunt, vt in. l. annonam. ff. de var.& extra. crimi. l.2. C.de condit. in publi.horre.libr.10.Luc.de Pen.in.d.l.maximarũ, in fin.C.de excusa.mune.eod. lib.dicam infra eo. glo:9.

GLOS. VIII.

1 *Propolarum crimẽ est publicum & cuilibet competit de populo,etiam mulieri.*

2 *Delicta publica quæ dicantur? remissiuè.*
Electionis officium reipublicæ impugnatio competit cuilibet de populo,ibid.

h *Qualquiera los pueda acusar.* Ex his verbis constat hoc crimen esse publicum, cùm cuilibet de populo competat accusatio, vt in.l.1.ff.de publi.iudi.l.vltima,in fine.ff.ad.l.Iul. de anno. vbi in hoc crimine est aliud speciale, nempe, vt mulieri non denegetur accusatio contra regulam. l.de crim. C. qui accusa. nõ poss. l.2.

2 tit.1.par. 7. † Quæ autem dicantur delicta publica, tradunt glossi. Barto. & docto. in.l.1.ff.de publi.iudi. Anto. Gomez variarum resolution. tomo.3. de delictis.c.1.in princ. sic & impugnatio electionis officiorum concilij competit cuilibet de populo, vt in. l.si reus delatus.§.fin.vbi id notat glo.ff.de mune &. hono.Fede.de Sen. consi.225,Pet. Nun.de manda.exequen.par.1.c.19.nu.17.versi. impugnatio,citat Ripam hoc limitantem in suis repsonsis, ti.de rescriptis.c.21.

GLOSS. IX.

1 *Iudex ex officio deficiente accusatore,tenetur contra reos procedere in criminibus,nõ solum publicis,sed & in priuatis.*
Iudex potest creare officialem, qui accuset delinquẽtes,accusatoribus deficientibus,ibid.

2 *Propola vendens merces corruptas punitur pœna extraordinaria stellionatus.*

3 *Iudex potest merces corruptas concremare & carnes morbosas proijcere & punire vendentes.*
Iudex potest põdera & mensuras falsas frãgere,ibid.

4 *Propolæ miscentes merces corruptas cum incorruptis,in crimen incidunt stellionatus.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

5 *Stellionatus crimẽ cõmittitur, cũ miſcetur triticũ cũ auena, vel hordeo, vel hordeum cũ pallea & puluere.*

6 *Stellionatus crimen committitur, cum vinum miſcetur muſto, vel alias.*

Statutum de colligenda vindemia certo tempore ne vinum fiat aceruum fieri poteſt, ibid.

7 *Stellionatus crimen committitur, ſi maius pretium tritico quis impoſuit vel ali rei, vt ipſe carius venderet, vel vt alij inuitarentur ad augendum.*

8 *Stellionatus crimen committitur, ſi quis ſpeciem vnã vendit pro alia, vel vinum vnius loci pro alio, vel ſi ſartores ponunt lanam in thoracibus pro bombice.*

9 *Stellionatus crimen committitur per piſtores, qui vt exaltetur panis lauant manus cum aceto, & laniones qui inflant carnes arietis, vt groſſiores appareant.*

Stellionatus crimen committitur ſi ſutores ex corruptis pellibus calciamenta faciunt, & agricolæ qui ligna diuidunt, vt appareat maius pondus, ibi.

10 *Stellionatus crimen committitur cum quis vnam oſtendit mercem, & aliam tradit eiuſdem generis, ſed non eiuſdem bonitatis.*

11 *Crimen ſtellionatus committitur, quoties in faccis portantur merces deſaper bonæ, & inferius corruptæ ſeu vilioris pretij.*

12 *Statuere poteſt ciuitas locum, vbi publicè vendãtur merces, ne fraudes fiant.* (*do fiant?*

13 *Monopolia officialiũ debet iudex punire, & quomo-*
Monopolium facere videtur qui priuilegium impetrat à Principe, vt ipſe ſolus vendat aliquod genus mercium, ibi.

14 *Cauſæ contra propolas fraudes in venditionibus faciẽtes, ſummarie in diebus etiã feſtiuis expediũtur.*

Que el juez de ſu oficio. Deficiente accuſatore iudex ex officio poteſt, imo debet procedere non ſolum in publicis criminibus, ſed & in priuatis, propter offenſionem, in conſequentiam reipublicæ factam. Quod & fieri oportet, quoties accuſator deſiſtit ab accuſatione propoſita, vt notat Bartol. Alberic. & communiter docto. in l. congruit. ff. de offi. præſi. & in l. apud Labeonem. §. ſi quis ſic fecit. ff. de iniur. l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viol. l. 4. verſi. 1. ff. ad. l. Iul. pecula. l. penul. titu. 1. par. 7. l. 3. & 4. tit. 17. par. 3. Bar. in l. 2. §. ſi. publico. ff. de adulte. l. tranſigere. C. de tranſa. vbi id etiam atteſtantur Alberi. Paul. Sali. d. Anton. de Padilla, nu. 47. 48. 49. & 50. vbi late examinat, an iudici liceat procedere ex officio, poſtquam accuſator tranſactionem fecit ſuper crimine? Anto. Gomez, tomo. 3. de delict. c. 1. nume. 10. vbi concludit iudicem hac in ſpecie poſſe creare officialem, qui reum accuſet, atteſtaturque ita quotidie practicari, per tex. in l. 2. C. de delato. li. 10. & ibi notat. Bar. & Plat. & cæteri Paris de Puteo de ſyndicatu, in par. accuſatio. nu. 2. & licẽt regulariter non poſſit imponi hac in ſpecie pœna ordinaria delicti, quandoque tamen fieri atteſtatur idem Anto. Gomez. & d. Anto. Padilla in d. l. tranſigere nu. 50. in fi. per l. 2. C. de abolitio. vbi Bal.

2 Sali. & cæteri notant. † Sed queſtionis eſſe ſolet, quid inquirere debeat iudex in hoc crimine, & in quibus fraus à propolis & cauponibus committi poſsit, in qua plurima aduertere oportet. Primum quod ſi merces venderint corruptas, iudex inquirere debet, & eos punire extraordinarie pœna arbitraria. l. 3. §. ſi quis merces. ff. de crimi. ſtellio. l. 8. & fin. tit. 16. de dolo malo & fraudibus, par. 7. poteſt etiam iudex merces corruptas proijcere & perdere, argumen. text in l. cętera. §. mala. ff. fami. erciſcun. l. item quæritur. §. ſi quis menſuras. ff. loca. l. lectos. ff. de peri. & comm. rei vend. Paris de Put. multa adducens exempla de ſyndica. in. verbo. iudicis ſuprema poteſtas. nume. 20. & ſequen. Petr. Nun. de manda. exequen. par. 1. c. 19. num.

3 18. verſi. primum infero. † Hinc fit, vt merces apothecariorum & aliorum, quas corruptas iudex inuenerit, poterit concremare, argument. tex. in l. damnato. C. de hæreti. & l. quicunque. in fin. eod. titu. & l nullius. C. de Iudæ. & l. Manicheos. C. de epiſcop. audi. atque ita notat Iacob. à Belloniſu in practica iudiciaria, titu. de iniur. in parte, falſarium. Paris à Puteo de ſyndica. in verbo, iudicis ſuprema poteſtas. numero. 20. 22. & 24. Petr. Nun. dict. cap. 19. num. 18. verſi. 2. infertur, carnes ſimiliter morboſas proijcere poteſt, earumque venditores punire, vt. l. 1. §. 1. ff. de ędili. edi. Auileſ. cap. 17. prætorũ nu. 27. ſicut & poteſt pondera & menſuras falſas frangere, eoſque qui eis vtuntur grauiter punire. l. item quæritur. §. ſi quis mẽſuras. ff. loca. l. 1. §. vlti. ff. de extraord. crimin. l. arbitrio. §. de eod. ff. de dolo. l. 3. in fi. ff. de crimin. ſtellio. Auileſ. dicto cap. 17. prætorum, nume. 27. dixi ſupra tit. proximo.

4 l. 2. gloſſ. §. & 6. † Secundò fraudem committunt, ſi miſcuerint merces corruptas cum his, quæ corruptæ non ſunt, vt puta, ceram nouam cum vteri, quoniam tota concremabitur, vel in pauperes erogabitur, ſecũdum Angel. in. l. 1. C. de conditis. in publi. horre. libr. 10. Petr. Nun. de mandat. exequen. 1. par. capi. 19. nu.

5 18. verſic. 3. infertur, dict. l. 8. tit. 16. patti. 7. † Tertiò ſi triticum miſcetur auena, vel hordeo, vel in hordeo palea, vel puluis de induſtria, vel aliqua poſita fuerit iuſtam lanam, poteſt qui hæc fecerit extra ordinẽ puniri, ſecundum Ange. in. l. annonam. ff. de extraordi. crimi. Petr. Nun. dict. c. 19. numero. 18. dict. l. 8. tit.

6 16. part. 7. † Quartò fieri poteſt fraus, ſi vinum fuerat aceruo, vel muſto miſtum, vel aliàs concinnatũ. l. 1. tit. 10. libr. 3. foro leg. l. 8. ver. otroſi. ti. 16. par. 7. Pe. Nu. d. c. 19. nu. 18. verſ. 5. infertur, vbi ne fiat vinũ aceruũ, aſſerit poſſe fieri ſtatutũ, ne colligatur vindemia, niſi certo tẽpore, vt quotidie fit in omnib⁹ Caſtellę locis, quod & probat Cœp. de ſer. ruſti. pręd. c. de meſſe & vindemia, omnis enim occaſio fraudis à iudicibus vi-

7 tanda, eſt. l. §. ſed ne. C. de lati. liberta. toll. † Quintò, ſi quis impoſturã fecerit vel colluſionẽ, in pernicię alterius, vt in l. 3. §. ſi quis. ff. de crimi. ſtellio. vbi Bar. tradit exẽplũ, ſi quis fortè maius pretiũ impoſuit frumẽto vel alteri rei, quæ in foro vẽdebatur, quã ibi valeret cõmuniter, vel hoc fecit in ſubhaſtatione publica, vt alij ad auctionem inuitarentur, vel vt ipſe carius frumentum ſuum venderet, circa priorem ſpeciẽ tractat opti-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

optimam quæstio.Gre.Lupi,in.l.pen.tit.26.parti.2.& nos latius diximus in stylo cancellariæ, titu.1.præemi. 17.casu.20. declara.2.c.2.glo.1.nu. 14.vsque in fi.De subhastatione loquitur Bar.in.d.§.ite si quis.& Ant. Gomez tomo de delictis.c.7.ver.2.casus.Marsi.singu. 441. Bẽuenutus de Stracch.de decoctoribus, vltima par.nu. 20 & vidi non semel ob crimen istud flagellis
8 publicè cædi diuites homines in curia Pinciana.† Sextò,si quis auricalcum vendit pro auro , vel æs pro argento, persuadens emptori illud esse aureum vel argẽteum,cũ verè nõ esset,vt in.d.l.3.§.si quis impositurã, ff. de crimi. stellio.quam sic intellexit Oldrai.consil. 74. in.fi.tex.est etiam in. l.1.§.1.ff.de pignora. actio. & in.l.7.vbi Grego.Lupi in glo.2.in fin.tit.16.de dolo & fraudibus,par.7.Sic & caupones puniuntur,qui vinum cuiusdam loci minoris æstimationis vendunt pro vino alterius loci famosi, & sartores ponentes lanam in thoracibus pro bombice, & eos qui vasa stagnea aut alterius,materiæ conficiunt,& vt formosiora appareant,faciunt interlineaturas, vt citius corrũpantur. Nam huiusmodi fraudatores potest iudex arbitrariè punire , tanquam committentes fraudem de
9 re ad rem , vt dicit Bal.in.l.non dubium, nu.10. C.de legi.& notatur in vitatorio iuris sub rubri.de collegi. illici. & monopol. Pet.Nun. de mandatis exequend. par.1.c.19.nu.18.in.fin.† Septimò,iudex potest punire pistores,qui cùm aceto solent lauare manus, vt exhaletur panis , & maior appareat:& laniones, qui inflant arietes mortuos,vt grossiores appareant,vt fieri attestatur Valentiæ Pert. Nun. dict.c.19.num.18. versi. 10.infertur, quorum pœna solet esse verberum hoc in regno. Idem & contra sutores, qui ex corruptis pellibus calceamenta faciunt, vel contra pictores qui falsis vel aduterinis vtuntur coloribus, hi omnes in pœnam incidunt stellionatus,secundum Bartho.in
K l.2.C.de murilegul. lib.10.idem voluit Pet.Nun.d.c. 19.nu.18.vers. 7. infertur.Potest etiam fieri statutum contra rusticos vendentes ligna , & vt pondus appareat maior vtque carius vendatur fcindunt ligna , eaque componunt ad fraudandos emptores, hi enim puniendi sunt arbitrariè,vt ibidem resoluit Nun. nume.
10 18.versi.9. infertur.† Octauò fit fraus , quoties quis ostendit rem aliquam,& demum tradit emptori aliam eiusdem generis,sed non eiusdem bonitatis in substãtia,incidit siquidem in crimen stellionatus , vt in.d.l. 3. §. sed & siquis, ibi, obligatas auerterit.ff. de crimi. stellio.l.7.ibi,*esse mismo engaño*,titul. 16.de dolo , part. 7.vbi Grego.Lupi.Anto.Gomez dict.c.7.de delictis, prope finem. Benuenutus de Straccha in tractatu de decoctoribus.par. vlti. num. 19. & sequenti.pagi.304.
11 & seq. † Nonò,fieri potest fraus ab istis propolis & mercatoribus, quoties in saccis portant merces desuper bonas , inferius verò malas & vilioris pretij , hi profecto acriùs sunt puniendi, vt in.l.saccularij, iuxta intellectum glo. 1 in fin. ff. de extraordi. crimi. & hoc sentire videtur Vlpianus, in.d.l.3.§. sed & si quis merces suppositerit.ff. de crimi.stellio.l. 8.in prin.tit. 16.de dolo,par.7. dixi supra hoc lib. titu.12.de vendi-
12 tione pannorum.l.1.glo.3.† Quare , vt in vtensilibus & alijs mercibus huiusmodi cessent fraudes , poterit iudex vel ciuitas statuere & assignare locum , vbi hæc publicè vendantur sub pœna amissionis earũ, vt pluribus probat Luc. de Pen. in. l.1. C. ne rusticani ad vllum opus,lib.11.quod est singulare in praxi,vt attestatur Pet. Nuni. de manda.exequen.1. part.c.19.nu. 19. ibique asserit taxandas esse merces , vestiumq; & calciamentorum facturas , quod iure canonico statutum esse asseuerat in. c. 1. de emp.& vendi.vbi docto. Bart. & Plat. in.l.fortissimus. C.de eroga.milita.an-
13 no.lib.12.† Decimò,monopolia officialium debet iudex omnino punire , vt in.l. vna. C. de monopol. & in.l. 2.tit. 7. par.5.& officiales qui inter se conueniũt ne alios doceant officia , vt notat Luc. de Pena,in.l. vlt.C.de legatio.lib.10.Pet. Nun.dict.c.19.nu.19.versi.item contra. Plurima tradit Petr. Rebuff.in constitution. regni Galliæ,tract.1.de magistris artificiorum, arti.4.gloss.2.atque in foro conscientię esse illicita,& obligare ad restitutionem probat frater Domi.à Soto,lib.6. de iusti. & iur. q. 2. artic. vlt. vbi plura monopoliorum exempla tradit, veluti cum quis à Principe priuilegium emit, vt solus ipse distrahat genus aliquod mercium, vt ibi docet col. penult. ad fin.di-
14 cam infra hoc lib. ti.18.de campsoribus.l.1.glo.2. † Et denique causę huiusmodi contra propolas & caupones fraudem committentes breuiter expediuntur, & summariè etiam diebus feriatis , vt.in.l.1.& ibi.Plat. C. de pistori. l.11. Petr. Nun. de manda. exequend.c. 19.nu.etiam.19.in fin.1.par.

GLOS. X.

Prætores curiæ,de quibus causis cognoscant soli , & de quibus omnes.

K *Entiendan todos los alcaldes que a la sazon residieren en la corte.* Dubito, an lex ista generaliter obseruetur in casibus supra in glossa præcedentibus memoratis? Vidi siquidem curiæ præfectos ea semper omnes simul expedire, quæ ad punienda crimina spectant,singula tamen quæ ad moderationem eius loci, vbi curia residet absque collegis expediunt, itaque quilibet eorum punit summariè eos,qui in diuenditione vtensilium delinquunt,& qui ordinationes eiusdem loci non custodiunt:consule circa hoc curiales expertos.

LEY. II.

¶ *Que ninguno compre ciertos mantenimientos en la corte para reuender,y quãdo los puede cõprar.*

¶ *Don Enrique.III.*

¶ El Rey don Iuan nuestro padre y señor, en las cortes de Birbiesca, que hizo año de 1387. ordenò vna ley, por la qual mandò, que porque la corte fuesse mas abastada, que ningun regaton ni regatona, ni otra persona alguna, no fuessen osados de com-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

prar en la nueſtra corte, ni cinco leguas della,[a] viandas algunas para reuender, ni pã cozido, ni trigo ni auena, ni otro grano, ni ceuada, ni otras legumbres, ni carne muerta, ni viua, ni peſcados freſcos, ni ſalados, mayores o menores, aunque ſean ſardinas freſcas o ſaladas, ni peces del rio, ni otro qualquier peſcado ni fruta ni otra viãda alguna, ſo pena de ſeſenta, açotes, y de dozientos marauedis, y que pierda lo que comprare, y que de las dichas penas pecuniarias, aya la mitad el acuſador, y q̃ lo pueda acuſar qualquier ome, y que los juezes de ſu oficio puedã proceder, no auiendo acuſador.[b] ¶ Y porque por ocaſion de algunas coſas de las que en la dicha ley eſtan, ſe hazen en mi corte muchos cohechos, y deſaguiſados, es mi ſeruicio de la interpretar y guardar en eſta manera.[c] ¶ Primeramente declaro que ningun regaton, ni regatona no ſean oſados de comprar en la mi corte, ni cinco leguas al rededor [d] pan cozido para reuender,[e] pero pan en grano que lo pueda cõprar quien quiſiere, para reuender, ſaluo que ceuada y auena nueſtra merced es, que los q̃ la truxeren que ellos la vendan, y que ninguno la compre para reuender, y las otras legumbres, aſsi como hauas, garuanços, lantejas, aruejas, fruta verde y ſeca, que qualquier la pueda comprar, ſi quiſiere tambien para reuender como en otra manera, ſin pena alguna. Otro ſi, declaro que ninguno ni alguno no pueda comprar vino[f] en la dicha mi corte, ni cinco leguas ad rededor para reuẽder en la dicha mi corte, pero en la ciudad o villa, o lugar dõde eſtuuiere la corte, el q̃ tuuiere vino de ſu coſecha, q̃ lo pueda vẽder por la medida de la ciudad o villa, o lugar, donde eſtuuiere, y todo el otro vino q̃ en qualquier manera viniere de fuera parte, a ſe vẽder a la mi corte, q̃ ſe vẽda por la medida del raſtro,[g] y el que de otra guiſa lo vendiere, q̃ pague la pena en la dicha ley contenida. Otro ſi, declaro en razõ de la carne viua y muerta, aſsi como vacas, y terneras,[h] bueyes, carneros ouejas, cabrones, y puercos, q̃ qualquier perſona lo pueda cõprar para reuẽder ſi quiſiere, pero q̃ la otra carne, aſsi como ſon gallinas, perdizes pollos, anſarones, cabritos, conejos y toda caça,[i] no la puedan cõprar ni cõpren para reuẽder, ſaluo ſi las truxeré fuera de las cinco leguas de la dicha mi corte. Otro ſi, en razõ de los peſcados, declaro q̃ ninguno cõpre en la dicha mi corte, ni cinco leguas al rededor, peſcado alguno freſco, de mar ni de rio para lo reuender, ſaluo q̃ lo vendan los miſmos q̃ lo truxeré de fuera parte: pero los peſcados ſecos, aſsi como congrios ſecos, y peſcados ſalados, y ſardinas freſcas y ſaladas, y pulpos, y mielgas, y xibias, y todos los otros peſcados de la mar ſecos, que los que los truxerõ, los pongan y tengan publicamẽte en la plaça, o villa, o lugar, do la dicha mi corte eſtuuiere, todo vn dia,[k] porq̃ los q̃ quiſieré hazer ſus prouiſiones, lo pueda hazer para ſus caſas, y aquel dia paſado q̃ pueda cõprar quien quiſiere para reuender ſin pena alguna. Y qualquiera q̃ de otra guiſa lo hiziere, ſaluo como por mi es declarado, e interpretado, q̃ caya en las penas en la dicha ley contenidas, y aſsi mando que ſe guarde y cumpla agora y de aqui adelante.

GLOS. I.

[a] *Viandas algunas para reuender.* Hic refertur ad literam deciſio legis ſupra proximæ, quæ confeſtim declaratur & interpretatur..

GLOS.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

GLOSS. II.

b *No auiendo acusador.* Hucusque refertur lex præcedens.

GLOS. III.

1 *Masculinum concipit fœmininum ex interpretatione extensiua, non ex proprietate sermonis.*

2 *Masculinum concipit fœmininum in pœnalibus.*

c *Ni regaton.* Hæc verba ideo hic posita sunt ad euitandum dubium, an in pœnalibus masculinum concipiat fœmininum? multi enim tenuerunt non concipi, eo quòd fœmininum comprehẽditur sub masculino, nõ ex proprietate sermonis, sed ex interpretatione extẽsiua, vt in.l.cum in adoptiuis.§.quæ in filio.C.de adoptio. ibi.que in filio diximus, hæc in filia extendimus &.l.pen.in.fi.C.de præpos. sacri.cubi.lib.12. ibi.hæc omnia quæ super cubicularijs sancimus, etiã ad cubicularias extendi decernimus. l. pronuntiatio in prin. ff.de verbo.signi.glo.in.l.seruis legatis, in prin.ff.de lega.3.Dy. Bart.& Alberi.in.l. 1.ff. de verb.sign.cum concordan.per Tiraquel. traditis lib.1.de retractu.§.1.
2 glo.9.nu.178.&.179.& seq.† Sed nihilominus receptior est sententia, vt in pœnalibus masculinum cõcipiat fœmininum.per tex.in.l.si quis id quod versicu. sed & vtrunque. ff. de iuri. omni.iud. vbi Albe. Pau. & Iaso. latissimè. l.qui domum, iuncta. l. mater.ff. de adult.glo.Bar.& alij in.l.quisquis.C.ad.l.Iul.maiest. cum pluribus concordan.à Tiraq. congestis.d.§.1.glo. 9.numer.211. & pluribus sequent. Verum lex nostra hæc tollit dubia.

GLOS. IIII.

Curiæ regiæ districtus est quinque leucarũ circiter.

d *Ni cinco leguas alderedor.* Nota ex hac lege, Regis curiam continere quinque leucas circiter, & hic est eius districtus.l.4.tit.6.l.4.tit.7.supra.lib.2.

GLOS. V.

e *Frumenti emptio prohibetur ad reuendendum.*

Pero pan en grano que lo pueda comprar quien quisiere para reuender. Hæc lex in hoc corrigitur per text.in. l. 19. titul.11.de emptio. & vendi. supra hoc lib. vbi prohibetur frumenti emptio ad reuendendum sub grauibus pœnis, quæ modernior est ista, dixi supra eodem.l. 1. glossa.3.

GLOS. VI.

1 *Vinum an possit emi in curia ad reuendendum.*

2 *Vinum maiori pretio taxandum est cauponibus exteris, quàm ciuibus.*

f *Ni alguno pueda comprar vino.* Nota vinum emi non posse in ea ciuitate, vbi curia resident, nec in alio loco contiguo intra quinque leucas existenti ad reuendendum, iub pœnis in.l.præcedenti contentis. Ciues autẽ eiusdem ciuitatis vel loci, vbi curia residet, vinum ab eis ex proprijs vineis collectum minutim vendere tenẽtur, nec possunt alijs ad reuendẽdum vendere. Caupones autem possunt ex locis remotis vinum ad curiam vehere, & qua mensura id vẽdere teneantur, dica-
2 m in glo.seq.† Verum ad refectionem expensarum in exportatione factarum solent curiæ prætores seu præfecti cauponibus curiæ maiori pretio vinum taxare, quàm ipsis ciuibus, arg.tex.in l.1.C.de frumẽ. vrb. Alexand. vbi in frumento ad curiam exportato hoc ipsum fieri debere, probat tex. ille, vt ex eo expendit Pet.Nun. Auen.de mand. exequen.1.par.cap.19. nu. 21.in princ. satis enim fatigantur itinere, & non sine incommodo à proprijs domibus auocãtur, vt in.l. pro locis.C.de annon. & tribut lib. 10.&.l.pen.ff. quemadmo.testam.aperi.idem voluit Ripa, à quo Auend.accepit in tracta.de peste. tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem.num.191.& Auilesc.capit.17.prætorum num.20.

GLOSS. VII.

1 *Curia regia, rastro Hispanè appellatur.*

2 *Mensura & pondera eadem sunt in regno, & in regia curia.*

g *Que se venda por la medida del rastro.* Rastrum dicitur curia regia, quia Regem sequũtur omnes curiales.l.2. ibi, en la nuestra corte y rastro, &.l.3.tit. 6. de prætoribus curiæ, & in alijs pluribus huius regni legibus, su-
2 pra.lib. 2. † Et hæc mensura curiæ minor erat cæteris: in hoc tamen crederem legem istam esse abrogata, tam per legem nouiorem prim.m, & secundam supra. tit. proximo, vbi in toto regno præcipitur eadem mensura, & pondere vinum, & frumentum venundari, nempe, Toletana, & Auilensi, quod inuiolabiliter obseruatur, etiã in regia curia, quare ociosè hìc posita est lex ista.

GLOS. VIII.

1 *Carnes emere ad reuendendum quando liceat?*

2 *Vitulas mortuas vendere non licet.*

h *Carne viua, y muerta, assi como vacas, y terneras.* Nota propolã seu quemuis alium posse emere in curia ad reuendendum carnes arietis, vaccæ, boum vitulorum, oũium, suis, & caprarum, non tamen gallinas, pullos, perdices, anseres, edos, lepusculos, & alia ex venatione habita: nisi ex alio loco quinque leucis à curia distanti hæc asportauerit, & in hoc corrigitur seu limi-
2 tatur lex præcedens.† Vitulas autem mortuas vendere nemo potest, vt in.l. fin.tit. 8. infra.lib.7. & in hoc corrigitur lex ista.

GLOS. IX.

i *Y toda caça.* Dixi in glo.præcedenti.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

GLOS. X.

1 *Aquatilia seu pisces quando quis emere possit ad reuendendum?*

2 *Statutum quod propolæ, quæ victus causa ad ciuitatẽ exportãtur, non emant vsque ad talem horam, valet.*

3 *Rustici aliquid ad vendendum adducentes compelli possunt transacta hora constituta, vt redeant ad opera sua.*

K *Todo vn dia.* Recentes pisces maris vel fluuij à propolis emi in curia regia nullatenus possunt ad reuendendum, saltiti verò possunt post diem vnum, in quo omnibus patere debent ciuibus seu in curia residentibus, vt eos emere possint victus sui causa, vt in hoc corrigitur & limitatur lex præcedens. † Et ex hac lege nota valere statutum, quod ferè in omnibus huius regni ciuitatibus obseruatur, ne propolæ emant quę ad ciuitatem victus causa exportantur, donec transeat hora certa, vt interim ciues ea quibus indigent emere valeant, vt constat ex notatis per Ioan. de Plat. in l. septẽ diebus. C. de eroga. mili. anno. li. ii. quem refert & sequitur Pet. Nun. de manda. exequen. 1. par. c. 19. num. 21. vers. & ob vbertatem, & Auilef. cap. 17. prętorum, nu. 26. vbi idem tenere refert Amanelum de Claris fin gul. 8. licèt contrarium asseueret tenuisse Ioan. de Pla. in. d. l. septem diebus, & ex. l. nostra hęc probatur sententia. † Pro qua Pet. Nun. & Auilef. citant glo. iuncto. tex. in l. 2. ff. de nundi. in verb. tradere, in fine, vbi certa hora transacta, vel à iudice constituenda, rustici non tenentur vendere minutim, vt ad opera sua reuertantur. & ante eos eam gloss citauit Ripa in tracta. de peste, tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem, nu. 225. vbi, numero. præced. & sequen. plura in fauorem tradit rusticorum.

LEY. III.

¶ *Confirma las leyes passadas, y comete la execucion dellas a los alcaldes de corte, y en su negligencia a los del Consejo.*

¶ *Don Fernando y doña Ysabel en Toledo, año de* 1480. *ley.* 50.

¶ Ordenamos y mandamos, que porque las leyes y ordenanças de nuestros reynos, que hablan contra los regatones de la corte, [a] sean guardadas y executadas, entiendan todos los alcaldes que a la sazon residieren en nuestra corte, [b] y si en la execucion de las dichas leyes fueren negligentes, que los del nuestro Consejo entiendan y prouean en ello.

GLOS. I.

Lex nostra declaratur.

a *Contra los regatones de la corte.* Intellige non solum leges supra proximas, sed alias omnes in hoc volumine contentas, quibus supra proximæ derogantur, de quibus meminimus in glosis legum præcedentium.

GLOS. II.

b *Que residieren en nuestra corte.* Repete hîc quæ diximus supra eodem. l. 1. glo. vltim.

LEY. IIII.

¶ *Que los regatones no se lleguẽ a fauor ni familiaridad de alguna persona.*

¶ *Dõ Enrique. IIII. en Toledo, año de* 1462. *pet.* 51.

¶ Defendemos que los regatones y taberneros de la nuestra corte, o de otra qualquier ciudad, villa o lugar de los nuestros reynos no sean osados de se allegar al fauor y familiaridad [a] de ninguno ni algun cauallero, ni grande de nuestra corte, ni de nuestro consejo, ni de los alcaldes [b] y alguaziles de nuestra corte, [c] ni de algũ cauallero ni escudero de las ciudades, villas y lugares de nuestros reynos; y si los dichos regatones lo contrario hizieren, incurran en pena de cien açotes, y de cinquenta mil marauedis, la tercera parte para el acusador, y las ottas dos tercias partes para los alguaziles de la nuestra corte, si en ella se hiziere lo susodicho, y si en otras ciudades, y villas y lugares se hiziere, que la dicha pena sea para los alguaziles dellas, que dando en sus fuerças las ordenanças que sobre esto son hechas en las dichas ciudades y villas y lugares, contra los dichos regatones y taberneros.

GLOS. I.

1 *Munera excæcant oculos sapientium & iudicum.*

Ana-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Auarus seruus dicitur, non liber, ibid.

2 *Familiaritas nimia contemptum parit iudicibus, & alijs.*

3 *Familiaritas nimia cum officiarijs & litigantibus iudicibus inhibetur.*

Familiaritas litigãtium cum iudicibus quæ mala producat, ibidem.

a *Ex familiaridad.* Quid præfefert obfecrò familiaritas magna & amicitia inter magnatem, vel magiſtratũ cũ caupone aut propola? nunquid ſanguinis coniunctio aut conditionis æqualitas? abſit, nil aliud omnium iudicio, quàm eorũ munera & ſeruitia, quę oculos excæcant iudicum, Eccleſiaſtici. 20. excęcant quoque ſapiẽtes & ſubuertunt verba iuſtorum, Exod. 23. Quare non immerito auarus ſeruus dicitur, non liber, authore Cicerone, Parodoxorum. cap. 6. numero. 49. cuius ſententiam alijs pluribus confirmatam retuli in dialago relatoris 3. par. cap. 23. numero. 7. & ſequenti.

2 † Sed quid inde mali obuenit? certe ex nimia familiaritate & æquali conuerſatione contemptus naſcitur dignitatis, vt in vulga. l. obſeruandũ. ff. de offi. præſi. l. 8. tit. 4. de iudicibus, par. 3. dum enim ſeruatur humilitas, regendi frangitur authoritas. cap. quando. 38. diſtim. hoc eſt, vilis & contemptibilis redditur, ſecundum Archid. ibidem. Panor. in. cap. dilectus, numero. 2. de

3 pœn. & in proœmio Grego. numero. 2. † Ex quo in. l. 59. tit. 5. de ſenatoribus regiæ cancellariæ, ſupra, lib. 2. prohibetur officiariorũ regiæ cancellariæ & litigantium communicatio, ſimultaneaque habitatio, aſſectatioque, deductio, reductio, famulatio clientela, & miniſterium cum regijs ſenatoribus, nec immeritò quidem: nam, vt docet experientia ex huiuſmodi familiaritate & clientela plurima mala & in iuſtitiæ oriũtur, propter obſequia enim mumera & miniſteria famulatiam iuſtitia obcuratur, delinquentiũque omittitur punitio: quæ veniæ facilitas inventiuum tribuit delinquendi, teſte Seneca, & Ambroſio, lib. officiorũ 1. referetur in canone eſt in iuſta in fi. 23. q. 4. impunitatis q; ſpes maxima eſt, peccandi illecebra, Cicero pro Milone, numero. 33. cùm concordantijs à me traditis in dialogo relatoris. 3. par. cap. 66. in principio, quod maiori ratione vitio dari poteſt iudicibus & magiſtratibus familiaritatem cum cauponibus & propolis cõtrahẽtibus, qui genio, vt diximus, ſuo proni ſunt fraudibus, technis, & dolis ſecum contrahentes impetere, vt nuncupatim diximus, ſupra eo. l. 1. glo. 1. nu. 2. & deinceps, & glo. 9.

GLOS. II.

Curiæ prætores victus moderantur, & victus in regia curia.

b *Ni de los alcaldes.* Curiæ præfecti ſolent victus & victus cauponibus, & propolis moderare & pretium cõſtituere: quod excedere non licet ſub pœnis ab eis impoſitis. l. 9. tit. 6. de prætoribus curiæ, ſupra lib. 2. Petr. Nun. de manda exequen. part. 1. cap. 19. num. 4. verſic. 2. limitatur, quomodo ergo vinũ æquo moderabitur pretio cauponi ſibi familiari? & quo pacto cum puniet vinum muſto miſcẽtem, ſi vtrum vini dulcis & lenis ſibi obtulit?

GLOS. III.

Executores curiæ familiaritatem habere prohibentur cum cauponibus & propolis curiæ, & quare?

c *Alguaziles.* Hi ſunt qui pœnas exequuntur cauponibus impoſitas, ſi ergo maximam cum cauponibus familiaritatem contraxerint, quomodo fraudes ab eis factas prætori curię denuntiabũt? à quibus ſi genia & poculenta accepit, quo pacto pœnas eis impoſitas exequetur?

GLOS. IIII.

1 *Statuta an condere poſſint ciuitates, vel oppida Hiſpaniæ.*

2 *Statuta populorum, an valeant ſine Principis confirmatione.*

3 *Statuta an populi condere poſſint abſque regia licentia, vel confirmatione ſuper rebus proprijs vtendis, vel ſuper vtenſilibus, vel ad victum ſpectantibus.*

Statuta quæ fieri poſſunt per exempla, declarantur, ibidem.

4 *Periculum vbi eſt in mora, plurima contra iuris regulas permittãtur, vel ex cauſa neceſſitatis, quæ alias non licerent, remiſſiue.*

5 *Statuta pœnalia, an fieri poſſint per ciuitates Hiſpaniæ?*

6 *Statuta aliàs permiſſa fieri prohibentur in Regis præſentia & eius curia.*

7 *Statuta ciuitatum à quibus fieri poſſint, & quomodo? remiſſiue.*

d *Ordenanças.* Nota ciuitates & oppida Hiſpaniæ, etiam ſi iuriſdictione careant, poſſe tamen ſtatuta condere circa vtenſilia & victus, pœnasque arbitrio iudicum & decurionũ ſtatuere aduerſus negotiatores & propolas, quibus ordinationibus lex iſta derogare nõ intendit. Quinimò generalius ciuitates Hiſpaniæ abſque vlla Regis licentia ſtatuta condere poſſunt rationabilia & iuſta, quæ ſeruãda ſunt intra limites ſuæ iuriſdictionis. l. 14. tit. 6. de inſtructione correctorum. ſupra lib. 3. Auileſi. in c. 17. prętorum, in verbo, las hara, & Petr. Nuni. Auenda. ibidem, ſub cap. 19. numer. 3. verſiculo. 2. concluſio. l. 8. tit. 1. de concilio. infra lib. 7. vbi dicã latius. † Sed an ſit neceſſum, vt ſimilia ſtatuta à Rege confirmẽtur? & neceſſe non eſſe expendit Petr. Nun. ex. d. cap. 17. prætorum, in. d. c. 19. num. 3. Quod iure communi verius eſſe & communiter receptum atteſtatur Iaſo, in. l. omnes populi, in lectura num. 26. & rurſum, in repe. nume. 67. & 34. ff. de iuſti. & iur.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

a *Parſciendo que alguno ſe quiſo obligar a otro.* Lex iſta mirabilis eſt,iurique diuino & naturali conſona, quibus fidem ſeruari ſtatutum eſt: ad cuius perfectam & plenam expoſitionem præmittere oportet, duplicem eſſe fidem, alteram intellectualem & alteram moralē. Intellectualis ſignificat habitū & virtutem, qua certò conſtanter & firmiter dictis cuiuſpiā adhæremus, & quod audiuimus credimus,vt Ariſto. docet in topicis lib.4.dicens fidem eſſe opinionem cum vehementia,ideſt,aſſenſum ſine hæſitatione, & hæc non pertinet ad id, de quo modò agimus. Fides autem moralis ſignificat habitum voluntatis,qui & fidelitas nuncupatur,quo dicta & promiſſa factis complemus & certa facimus, quam graphicè deſcribit Cicero lib.officiorum.1.cap. de iuſtit. dicens.Fides eſt dictorum cōuentorumque conſtantia & veritas. Auguſtin.etiam libr.de mendatio,cap.20.fidem dici aſſeuerat eo quòd fiat quod dicitur, prima enim ſillaba inſinuat facere, ſecunda dicere, quam virtutem tanti fecere Romani, vt ſtatutam ei Iouis vicinam in capitolio ſtatuerint, quod ex oratione Catonis refert Cicero officiorum lib.3.& vſque adeò eam ſemper coluerunt, vt pro fide vel hoſtibus ſeruanda Marcus Regulus mortē oppeteret, de hac loquimur impræſentiarum. † Duplex
2 eſt id genus fides, altera quæ verſatur circa debitū legale,altera verò circa morale, vt rectè explicat Domi. à Soto lib.de ratione tegendi & detegendi ſecretum 1.membro.q.1.folio.3.Prima non differt à iuſtitia nec ab ea ſeparatur, ſed eſt ipſa iuſtitia, veluti emptorem ſtatuto tempore pretium promiſſum præſtare, & coniuges mutuas ſibi operas impendere,& ciues Principi parere,ac denique Principē, qui tributa populi recepit,ciues viciſsim armis,tueri ornare moribus, & legibus emendare, vel promiſſum per ſtipulationem,vel hodie iure regio per pactum nudum adimpleri,ſi cauſam continet, licet incertam,probatā tamen per creditorē.Alia verò fides & fidelitas verſatur circa debitum morale, quod non eſt abſolutè debitum, ſed ad quandam naturalem pertinet honeſtatem,vt quod ex mera liberalitate abſque vlla cauſa promiſiſti perſoluas,fides eſt, vt adimpleas huiuſmodi promiſſa,quod Salamon aſtruit eccleſiaſtici.§.ſi.quid,inquit,vouiſti Deo,ne moreris reddere, diſplicet enim ei infideles & ſtulta promiſsio: & huiuſmodi fides non eſt propriè iuſtitia,nam vbi debitum fundatur in ſola liberalitate & bonitate promittentis,non eſt vera ratio debiti,nec proinde integra ratio iuſtitię: eſt tamen, vt docet.S. Tho.2.2.q.80.pars potētialis iuſtitiæ,nā partem potētialē cardinalis virtutis vocāt philoſophi illam virtutem in qua non eſt tota ratio talis virtutis cardinalis, ſed propter ſimilitudinē reducitur ad illam,velut liberalitas reducitur ad iuſtitiam. vt refert idem Domi.à Soto in lib. de ratione tegēdi & detegendi ſecretum
3 1.membro.q.1. pag.3. † Qua ratione fit, vt non immerito ius antiquum Romanorum per legem noſtram abrogetur, oriaturque actio ex nudo pacto, quemadmodum antea oriebatur ex ſtipulatione,nec alia ſolēnitas inſpiciatur, quàm propria mens & voluntas ſe obligare volentis.Fomentatur enim naturalis obligatio, quæ ex pacto nudo oritur, ita vt ex ea actio oriatur iure noſtro regio, perinde ac olim ex ſtipulatione
4 ſolemni. † Iure autem ciuili id receptius erat, vt ex pacto nudo nulla oriretur actio.l.iuriſgentium.§. ſed cū nulla,verſ.igitur nuda.ff.de pacto,vbi Ioan. Oroſcius hanc crebriorem vtriuſque iuris authorum opinionem firmat numero.1.contra Emili. Ferr. ibidem num.69.qui contrariam atteſtatur, neſcio an errore, communem,And.ab Exea veram aſſeuerat in lib.pactorum.nu.273.Iaſo in.§.in perſonam. numero.5. & ibi Gomezius num.46.inſti.de actio. vbi refert plures caſus,in quibus eodem iure ciuili ex pacto nudo oritur actio, additq; alios nouiſsime Berēgarius Ferdinandus in repetī.l.pacta conuenta.nu.22.verſic. prima itaque exceptio.ff.de contra.empt. Fortu. Garſi. in.d.l.iuriſgentium.§.prætor ait.nume.18.ff. de pact. vbi rationem reddit huius ſententiæ.Corraſi.lib.3. iuris ciuilis miſcelleanorum.cap.15.num.13.Vberti. Zuchard.in repet.rub.C.de pact.num.21.verſic. nec etiā obeſt,& And.ab Exea lib.pactorum.num.270. Felin. in cap.1.de pact.Lud.Carōd.in rub.ff.de verb. oblig. c.6.fol.13.dom.Couarru. in relectio.cap.quamuis pactum 3.par.§.4.numero.13.de pact.lib.6. vbi improbat rationem Alexan.in rub.ff.de verb. oblig. dicentis ideò iure ciuili actionem non dari ex pacto nudo, quia præſumitur animo indeliberato,& ex leuitate pactum iſtud nudum proceſsiſſe Did.Perez in.l.3.ti.
8 de exceptio.lib.3.ordina.colum.1040.& ſeq. Anto.
5 Gomez de contractibus,cap.9.num.2.&c.3.† Iure autem canonico receptius eſt,vt ex pacto nudo oriatur actio,vt ex.c.1.de pact.expendunt omnes,Imol. in. c. qualiter.ad fi.eod.tit.Barb.in cap.cauſam quæ. num. 8.de offi delegat.eſt communis, ſecundum Huberti. Zach.in repe.rub.C.de pact.art.9.num.83. & Noſtrates ſuperius citati:eſt enim fides ſeruanda,vt in princ. di-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

diximus,& plura tradit Valeri.lib.6. hiſtor. eccleſia. titu. de fide obſeruanda fol.56. & Cœli. Rod. lib.9.c. 21.fol.343.† Ex quo Principes peccare nonnulli aſſe-
6 runt,ſi nudas pactiones ac promiſsiones iure naturali obligantes ſeruare non faciunt cõtra æquitatem & rationem naturalem,& aduerſus præceptum diuinum, iuſta illud Pſalmiſte,quę procedunt ex labijs meis irrita non faciam, vt voluit Ant. de But.col.5.& Ioan. de Imol nu.22.in.c.quæ in eccleſiarũ de cõſtitu.& ibi Feli.nu.57.& Beroi.nu.136.& nu.142.Alexan.Iaſo.& Oroſci.n.16.in.l.iuriſgẽtiũ.§.igitur nuda.ff.de pact. Did.Perez in.d.l.3.tit.8.lib.3.ordina.col.1041. Quod verũ ipſi crederẽt,ſi legislatores precipiſſent ne huiuſ modi pacta ſeruarentur, quod nuſquam præceptum fuit: ſed noluit lex ciuilis huic pacto robur adijcere nec actionem accomodare, quod feciſſe creditur ad vtilitatẽ rei publicæ, vt tot lites,quę ratione pactorũ ſimplicium contingere frequentiſsimè poſſent à foris exterminarentur. Quemadmodum & actionem decepto intra dimidiam denegauit, quod tamen læſo reſarcire tenetur in foro animæ ſub pœna peccati mortalis,vt probauimus ſupra hoc lib.tit.11.de emp.& vẽdit.l.1.glo.1.nu.9.d.Did. Couarr.lib.2.variarũ reſolutio.c.4.nu.11.Sic etiam licẽt quis quãdoque teneatur ſub mortalis reatus pœna benefaciẽti remunerari,lex tamen ciuilis nullam actionem aduerſus ingratum dedit ad huiuſmodi remunerationem, vt tradit idem.d. Did.Couarru. de teſtamen.c. cum in officijs,& in.c. quãuis pactum.2.par.§.4.n.13.verſ. ius etenim ciuile,
7 vbi aliud ſubdit exẽplũ. † Denique ex his verbis ſume regulam generalẽ, quòd tũc promiſsio abſenti facta vel præſenti, ualeat quoties promiſſor habuit animum ſe obligãdi. & ſic naturaliter fuit obligatus,ſecus ſi ex quibuſdam coniecturis perpendi poſsit non habuiſſe animũ,ac proinde naturaliter non fuit obligatus, quia tũc actio nulla oritur iure regio ex huiuſmodi nudo pacto aut pollicitatione, vt reſoluimus ſupra hoc eodem libr.titu.10 de donationibus. l.7.gl.2. nu.18.&.19.contra Anto.Gomez lib. de contractibus. c.9.nu.3.ver.hodie autẽ iure regio,vt ibi latius videre
8 poteris, repete hic quæ ibi diximus. † Ex quo inferri poteſt ad queſtionẽ, an ex nudo pacto ſine cauſa oriatur actio iure regio? an vero obſtet exceptio doli,ſi cauſa à creditore non probetur,& cùm per legem noſtr. pactũ nudum æquiparetur ſtipulationi,vt hìc ſtatuitur, videtur cauſam exigi, prout in ſtipulatione alias vel actio nulla oritur,vel obſtat doli exceptio, niſi cauſa per creditorẽ probetur,vt in.l.2.§.circa.ff.de doli.excep.& ibi Alberi.notat.& commu.docto.vbi ſi cauſa ſufficiens expreſſa eſt,nulli dubiũ,quin ſtipulatio valeat,ſi autẽ nulla fuit expreſſa vel aliqua inſufficiens,niſi per creditorem probetur, obſtat doli exceptio, niſi ſcienter permiſerit & ſine cauſa, quia tũc donatio præſumitur,vt conſtat ex.d.§.circa & expluriũ ſentẽtia,quos Tiraq.cõgerit in.l.ſi vnquã,in verb. donatione largitas,nu.48.verſ.28.C.de reuo. donat. & lib.2.de retra.in fi.nume.103.ver.18.Marſi. in.l.1. §.præterea.n.93.ff.de queſtio. Did.Perez in.d.l.3.ti.8 lib.3.ordina.col.1032. Idem ergo erit in pacto nudo,q̃ iure canonico & regio ſtipulationi comparatur: non enim plus vigoris habet pactum quã ſtipulatio,ſed ſtipulatio ſine cauſa non habet actionem,quoad effectũ, ergo nec pactũ quòd iure canonico et regio ſtipulationi cõparatur:ita cenſuit Panor.in c. ſi cautio.per tex. ibi de fide inſtr. Bal.in.l.ſi de diuiſionẽ,ad fi.C.familerciſcun. Feli.in.c.1.ad.fi. & ibi Fortuni.nu. 34.extra de pact. l. 119. ibi, *o el otorgamiento que eſta eſcrito en ella es con razon.* & ibi Greg.Lup. ti 18.de inſtru.parti. 3.d Did.Cou.in c.quãuis pactum.2.par.§.4.nu.14.de pact.lib.6.Anto.Gom.de contractibus.c.9. nu.3.verſi. aduertendum.Did.Perez in.l.3.tit.8. lib.3.ordin.colu. 1052.& ſeq.dixi. in ſtylo cancellarię,tit. 1 præmi.17. caſu.20.declaratio.13. legis Toleti gl.2.nu.4 quorum ſentẽtia mihi probatur licẽt ei refragetur Pet.de Du.
9 in regula.n8.in fine.† Confirmatur hęc ſentẽtia,quia promiſsio ſine cauſa nullam continet naturalem equitatem,quia datur exceptio doli,quæ præſefert equitatem naturalẽ.l.qui æquitate. ff. de doli excep. ex quo iure naturali vel gentiũ promiſsio ſine cauſa nullam producit obligationẽ, vt cõtra Bal. Nouellũ in rub.ff. de verb.obli. reſoluit Lancelo.de Galiaula ibid.num. 204 ergo nec iure canonico,nec regio,actionẽ producet talis promiſsio,ob defectum cõſenſus,ob errorem ſiquidem cenſetur promiſsio facta, vel iocandi cauſa, vt diximus ſupra hoc lib.tit.10.de donatio. l.7.gloſſ.2. nu.18.& 192 & ſupra.n.7.vt in ſpecie quam propoſui mus in ſtylo cancellariæ ti.1.præmi.17.caſu.20.decla
10 rat.13.gloſ.2.nu.4.† Quod tamen limita duobus modis.Primò niſi promiſsio nulla expreſſa cauſa contineret conditionem,vt ſi Imperator in Italiã venerit hoc anno,vel aliquã aliam ſimilem,vt in.l.à Titio,vbi notat Paul.nu.3.& cæteri docto.cõmuniter. ff. de verb. oblig.vt dixi ſupra hoc lib.ti.11.de empt. & vendit.l. 22.glo.9.nu.2.Did.Perez vbi ſupra col.1053.in princ.
11 † Qui ſecundò limitat,niſi quis ſcienter promitteret ſciens ſe ad id non teneri,& hoc exprimeret in ſcriptura publica vel priuata,tunc enim donare præſumetur. l.Cãpanus.ff.de oper.liber.eſt enim præſumpta donatio,& licet iure cõmuni.l.ſi quis argentũ.C.de dona. permittens donationem fieri per pactũ nudum,nõ procederet in præſumpta donatione,ne duæ præſumptiones concurrant,vt Bart.adnotauit. in.l.iuriſgentium. §.quinimo.ff.de pact.iure tamen Canonico & Regio valebit huiuſmodi pactum in vim donationis, cum non concurrant duo ſpecialia,ſed vnum tantum,quãdoquidem vtroque iure id generale eſt,vt pactum nudum habeat vim ſtipulationis,& quamuis Didac. Perez non audeat hoc liberè affirmare,ſed relinquat nobis cogitandum.Ego crederem veram eſſe & abiq; dubio opinionem hanc,propter ea quæ dixi ſupra hac eadem gloſſa num.2.in fi.de fide ſeu fidelitate,quæ verſatur circa debitum morale; licẽt enim huiuſmodi fides non pertineat propriè ad iuſtitiam, cùm ex mera liberalitate procedat, pertinet tamen ad mortalitatem ita, vt fidem huiuſmodi frangens peccet,quare hac in ſpecie tenebitur promittens fidẽ adimplere, iam enim viſus fuit ſe vltro velle obligare, nec poſſuit allegare errorem,cum ſciens ſe non debere,& illud affirmans vltro promiſsis.

GLOSS. II.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1 *Pacta seu promissiones nudæ vel vestitæ, quæ dicantur? remissiue.*

2 *Contractus innominatus post implementum vnius producit actionem præscriptis verbis.*

Naturalis obligatio an oriatur ex contractu innominato ante implementum? ibid.

Exceptio producitur ex naturali obligatione? ibi.

3 *Lex naturalis. §. & siquidem ff. de præscrip. verb. explicatur.*

Error facti non impedit repetitionem.

4 *Contractus innominatus, an producat actionẽ ante implementum iure canonico vel regio.*

5 *Contractũ innominatũ facientes, an habeãt animũ se obligandi efficaciter ante implementũ? & nu. 7.*

6 *Contractus innominatus producit actionem iure regio ante implementum.*

7 *Contractus innominatus per stipulationẽ factus, producit actionem ante implementum iure cõmuni.*

b *O por algun contracto o en otra manera.* Quæ dicantur promissiones nudæ, quæ vero vestitę declarat optimè sicut & cætera d. Did Couarr. in repe. c. quamuis pactum. 2. par. §. 4. nume. 12. & docto. ab eo citati. † Sed an lex ista in contractibus innominatis, do, vt des do, vt facias, facio, vt facias, &c. locum habeat? & post implementum ex parte vnius nulli dubium, cùm actio præscriptis verbis hac in specie competat etiam iuri ciuili. l. naturalis §. & siquidem. ff. de præscrip. verb. Ante implemẽtum verò est quæstio ambigua, & pendet ab alia, nunquid ante implementum obligatio naturalis oriatur? & videtur ante implementum naturalem obligationem minimè oriri, vt in. d. §. & siquidẽ, vbi soluti repetitio datur, quod nequaquam fieret, si vel naturalis obligatio orta fuisset, vt in. l. naturaliter. ff. de conditio. indeb. Sed nihilominus verior est sententia in oppositum, quòd naturalis obligatio oriatur ex contractu innominato propter consentum qui adest in his contractibus, etiam ante implementũ: sed ex dus etiam consensus obligationem parit naturalem, vt in. l. consensu. ff. de actio. & obligat. Præterea contractus hic innominatus parit exceptionem, vt in. l. iurisgentium, in principio. ff. de pact. quę ante implementum intelligenda est, nam post implementum actionem parit, vt dixi: illa autẽ exceptio filia est naturalis obligationis, quæ adest ante sequuntur implementum, quæ sufficiens non est ad producendã actionam, sed exceptionem tantũ, vt in. d. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. &. in. l. Stichum, aut Pamphilũ. §. naturalis. ff. de solutio. ex quibus huic sententiæ adnæsit glo. ordinaria in. l. petens, in glo. magna, ibi, sed respondeo non. C. de pact. quam ibi omnes sequuntur, & ante Accursium hoc tenuit Azo in summa. C. de rerum permuta. numero. 2. idem voluerunt hanc receptam opinionem afferentes Riminal. in. d. l. petens. 8. colu. Lancelo. Deci. colu. pen. & huius frater natu minor. numero. 10. Curt. num. 44. Purpura. numero. 85 ibidem. Et Soci. in. l. legem numero. 5. C. cod. tit. de pact. Crottus in rub. ff. de verbor. obligat. num. 7. & ibi Ripa numero. 41. & Socin. numero. 22. Curt. in. l. naturalis. in princip. numero. 9. ff. de præscrip. verb. dom. Anton. Padilla in eadem. l. naturalis. §. & siquidem. nume. 17. † Qui respondet ad eũ paragraphum, vbi repetitio conceditur, cui non obstitit naturalis obligatio, quoniam naturaliter debitum, fuit solutum per errorem facti, quo casu datur repetitio. l. regula. §. vlt. ff. de iur. & fa. ignor. l. error. C. ad. l. Fal. l. cum quis. C. de iur. & fa. igno. l. fideicommissum. ff. de condi. indeb. nam qui ex parte sua impleuit cõtractum innominatum, errauit in facto credens aliũ suas partes impleturum, alioquin nec ipse implere vellet, argu. l. cum de indebito. ff. de probatio. versi. qui enim soluit, non autem errauit in iure, imo secundũ ius gẽtium fecit, quod præcepit pacta seruari. l. 1. in princip. ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de consti. pecu. Habes ergo ex supra traditis, quód ex cõtractu innominato ante implementum oritur obligatio naturalis ex receptiori & veriori sententia, quod & voluit Anto. Gomez tomo. 2. de contractibus. cap. 8. nu. 4. & Did. Perez in. d. 4 l. 3. titu. 8. lib. 3. ordi. col. 105. † Hoc supposito redeo ad principalem quęstionẽ, an locus sit legi nostrę in contractu innominato ante implementum? & videtur locum non esse: & quod nulla oriatur actio ex contractu innominato ante implementum, prout iure communi erat dispositum, nec hoc casu aliquid per legem nostram fuerit immutatum, quandoquidem nec iure canonico immutatur aliquid in contractibus innominatis, licèt eo iure pactum nudum producat actionẽ, prout iure nostro regio fit, vt in cap. 1. & ibi frequentius docto. extra de pact. quod expressim voluit Bald. in. l. siuè apud acta. nu. 4. C. de trãsact. glo. & docto. in c. cũ inter. R. seniorẽ de electio. Rimin. & Lancelo. col. 2. in. d. l. siuè apud acta. Bal. in. l. cũ quis. nu. 17. C. de iur. & fa. igno. & in. l. ii diuisione. n. 3. C. fam. ercis. & in rub. C. de rer. permuta. nu. 2. Feli. in. d. c. 1. in fine. de pact. & ibi Fortu. Garc. nu. 34. Iaso. in. l. iurisgẽtium. §. igitur nuda. nu. 8. & ibi Oroscius nu. 20. ff. de pact. Soci. in rub. ff. de verb obli. nu. 10. & ibi Iaso num. 8. & Rip. nu. 41. Fran. de Are. in. l. petẽs. n. 7. C. de pact. d. Anto. Padi. hanc dicens communem in. l. naturalis. 5 §. & siquidem. nu. 18. in fi. ff. de præscrip. verb. † Probatur secundo, hæc sentẽtia vel ex eo, q̃ cõtrahẽtes nõ habeant animũ se obligandi irreuocabiliter cum contractũ faciũt innominatũ. sed reuocabiliter, vt ita demũ obligẽtur, si impletũ fuerit ex parte alterius, ante implemẽtũ, ergo locus erit pœnitẽtię, prout & iure cõmuni locus est. l. ex placito. C. de rer. permu. l. 3. & l. vlt. tit. 6. de rerum permu. p. 5. quod in specie asseruit Ferd. Mẽchaquen. lib. 2. de succesionũ creatione. §. 12. nu. 64. vbi & alijs rationibus hanc tenet sententiam, vt iure nostro regio sit locus pœnitentiæ in permutatione, vel alijs contractibus innominatis ante implementum, idem voluit Gregor. Lupi in. l. 1. in verbo, gran prostitul. 11 de verb. oblig. par. 5. & d. Ant. Padi. huic magis inclinare videtur in. d. l. naturalis. §. & siquidem. num. 19. ff. de præscrip. verb. non tamen omnino fixit pedes. † Oppositam sententiam tenent alij non pauci, imò q̃ ex eõtractibus innominatis oriatur actio ante implemẽtum iure nostro regio, nec sit

6 locus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

locus pœnitentiæ,niſi ea duntaxat in ſpecie, cùm altera pars nollet,vel differat adimplere,quo caſu licita erit pœnitentia ex defectu cauſæ,ac fidei non ſeruatæ, hæc fuit ſententia Gregorij Lupi (ſic explicantis quod antea dixerat in loco ſuperius citato) in.l.3.in verbo,que le peche,ad finem titu.6.de rerum permutatione,par.5. & ante eum hoc voluit Fortun. Garſia in cap.1.de pact. nu.30.verſic.7. declaratio eſt fol.61. col.3.quos ſequitur Dida.Perez in dict.l.3.titu.8.lib. 2
3.ordina. col.1050.& Anto.Gomez in libr. de contractibus,cap.8.nume.4.Mouentur ex eo, quòd obligatio naturalis oritur ex contractu innominato ante implementum, vt probaui ſupra hac eadem glo.nu.2. &.3. † Item quia iuxta traditionem communem ſi 3
7 in cõtractu innominato interponatur ſtipulatio oritur efficax obligatio & actio ante implemẽtũ cuiuſcunque ex contrahentibus,vt in.l.ex placito, vbi docto. omnes. C. de rerum permuta. cuius verba ſunt. *Ex placito permutationis, nulla re ſequuta, conſtat nemini actionem competere, niſi ſtipulatio ſubiecta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem.*l. 1.titulo.6.par. 5.At pactum nudum iure noſtro regio loco ſtipulationis eſt, & ei æquiparatur, vt hic dicitur, oriatur ergo ex eo actio efficax ante implementum,quemadmodum ex ſtipulatione, ita tamen, vt actori obſtet in executione huius contractus exceptio, donec oſtenderat & impleat ex parte ſua, argumen. text.in.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio. empt. &.l.venditor.§.fi.ff. communia. prædio. cum concordan. ab Ant. Gomez citatis dict. c.8. nume. 4.verſi.vnum tamen eſt. Et quibus mihi magis probatur hæc ſententia, & receptior eſt, cui non oberit quod Ferdinand. Mencha. obijcit, dicens animum nõ habuiſſe hic contrahentes ſeſe irreuocabiliter obligandi, ſed tunc demum cùm 4
ex parte altera impletum fuerit, quia hoc eſt diuinare,nõ enim præſumendum eſt,quem actum velle fruſtratorium facere(licet enim quod negare non poſſumus) quilibet ex contrahentibus velit ex altera parte adimpleri, quod promiſſum eſt, non ex hoc viſus eſt,velle contractum reſolui,ſed potius,vt alter adimplementum cogatur, prout euenit in cæteris contractibus.

GLOS. III.

1 *Stipulatio quomodo fiat?*
Pactum nudum abſque ſtipulatione hodie iure regio ſufficit,ibi.

2 *Pactum nudum hodie non vitiatur ex cauſis ex quibus ſtipulatio,remißiue.*

3 *Fideiußio iure ciuili & canonico fieri non poteſt per pactum,ſed ſtipulatio requiritur, & quare?*

4 *Fideiuſſio hodie iure regio fieri poteſt per pactum abſque ſtipulatione.*

c *Que no fue hecha ſtipulacion.* Stipulatio eſt, quæ fit præcedente interrogatione creditoris,& ſequuta reſponſione debitoris, veluti ſi creditor dicit, promittis mihi centum, debitor reſpondit,promitto, ex huiuſmodi contractu oritur verborum obligatio. l.1. &. l. 5.§.ſtipulatio. ff. de verbo. obligationib.l.1 titul 11.de verbor.obliga.par.5.Hodie autem iure regio nulla ſolemnitas requiritur, ſed ſolum pactum nudũ vel promiſsio ſimplex,vel ſola voluntas ſe obligandi abſque promiſsione alijs verbis declarata,quoad omnes ergo effectus ſtipulationis hodie pactum nudum vel ſimplex promiſsio æquiparantur. † Nec vitiabitur ex 2
tot cauſis, quod ſtipulatio vitiabatur, quoniã ſi adeſt conſenſus,valebit pactum licet ſtipulatio non valere, vt colligere poteris ex caſibus per Anto.Gomez traditis de contractibus.cap.9.num.4.fol.48.col.4.Grego.Lupi in.l.26.tit.11.par.5.in glo.vltima.† Sed du- 3
bitari poterit, an valeat fideiuſsio abique ſtipulatione facta? Et iure cõmuni Imperatorum ſtipulatio requiritur, vt in.l.5.§.ſatis acceptio. ff. de verbo.obligatio.l.ſciendum.eodem titu. l.blanditus. C.de fideiuſſo.cuius ratio eſt, quia in contractibus nominatis quis obligatur ex nudo pacto abſque ſtipulatione, vt in.l.iuriſgentium.ff. de pact.At fideiuſſor licet interueniat in contractu nominato, ipſe non contrahit eũ, ſed principalis, alia eſt enim obligatio principalis, alia rei.l.per iuſiurandum. §.& fideiuſſori.ff.de acceptilatio.l.1.§.verbis.ff.de actio. & obliga. cum igitur promiſsio fideiuſſoris non ſit contractus nominatus, dicitur nuda, niſi addatur ſtipulatio, vt docet Ioan. Faber in rubri. inſti. de fideiuſſori. numero. 3. Iure etiam canonico in fideiuſsione requiritur ſtipulatio, nec ſufficiet pactum ex doctrina ſingularia Bal.in.c. 1.de pact.nume.9.quem ibi ſequitur Felin. nume.24. Iaſo in.l.iuriſgentium.§.quinimo.1.notab.ff.de pact. & in.l.lecta, col.vltima.nume.31.ff.ſi cer.petat.Deciconſi.93.col.2.lib.1.† Setus autem erit iure noſtro re- 4
gio, quo animo verborum ſolemnitas reijcitur, vt ex verbis glo. noſtræ conſtat. Quare procul dubio fideiuſsio abſq; vlla ſtipulatione valida erit, vt & ſenſit Dida.Perez in.l.3. tit. 8 lib.3. ordi.in verbo, *vala la dicha obligacion.*col.1063. & ſequen. quod in praxi quotidie ſeruatur.

GLOS. IIII.

Pollicitatio vel obligatio abſenti facta, an ſit efficax iure regio, & producat actionem? remiſſiue.

Donatio abſenti facta quomodo valeat? remiſsiuè ibidem.

d *O que fue hecho el cõtracto, o obligaciõ entre abſentes.* Nota text.ſingulariſsimum obligationem inter abſentes valere iure regio, ſi cõſtet ex verbis ſe voluiſſe obligari aliquem. Ex quo an ex pollicitatione efficaciter obligetur, hoc iure regio latiſsimè diſcuſsi ſupra hoc lib.ti.10.de donatio.l.7.glo 2.nu.15.16. & pluribus ſequent.& numeris præcedentibus tractauimus de donatione,etiam abſenti facta, quare hic non repeto.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

GLOS. V.

1 *Alteri per alterum ſtipulari, nec vllo modo iure ciuili & Partitarum acquiri poteſt.*

2 *Stipulationes inuẽtæ ſunt, vt quilibet ſtipuletur quod ſua intereſt.*

Stipulatio alteri per alterum facta pœna appoſita, valet iure ciuili, ibi.

Stipulationi alteri per alterum factæ lex ciuilis non aſsiſtit, non tamen ei reſiſtit, ibi.

Pœna annullatur vbi contractus eſt nullus, ibi.

3 *Naturalis obligatio oritur ex ſtipulatione alteri per alterum facta.*

4 *Alteri per alterum ſtipulatio facta vel pactum, iuri canonico, an valeat?*

5 *Alteri per alterum quæritur actio iure ciuili, ſi ſit notarius, vel alia perſona publica indiſtincte.*

Tabellio, an ſit ſeruus publicus? ibi.

6 *Alteri per alterũ fieri poteſt iure regio ſtipulatio vel pactũ, valetq; & actionẽ producit, nec poterit reuocari, ſiue verba dirigãtur in abſentẽ ſiue in præſentẽ.*

7 *Alteri & ſibi facta ſtipulatio vel pactum, an valeat quoad tertium? (necne?*

8 *Alteri aut ſibi facta ſtipulatio vel pactum, an valeat*

Stipulatio ſibi aut alteri facta, an vicietur propter incertitudinem? ibi.

9 *Adiectus ſolutioni dicitur iure communi tertius, ſi quis ſtipuletur ſibi aut alicui tertio.*

Adiectus ſolutioni eſſe poteſt filius fami. vel ſeruus, & an ei inuito creditore ſolui poſsit? ibi.

Mutatio ſtatus facit vt adiecto ſolutioni vel procuratori ſolui non poſsit, ibi.

10 *Promiſsione facta tibi aut Titio alicuius quãtitatis vel rei, quæritur iure regio medietas vtrique?*

11 *Promiſsio ſi fiat tibi aut Titio, cenſebitur Titius adiectus ſolutioni iure regio, ſi in executione & non in obligatione Titius ponatur, vel ſi tibi tantum debebatur, & non Titio.*

Adiectus ſolutioni, quãdo quis dicatur iure regio? ibi.

12 *Pactum donationi adiectum in fauorem tertij, an iure communi aut regio reuocari poſsit?*

13 *Actio quæ iure regio quæritur ex pacto nudo, an ſit vtilis vel directa?*

O que no fue hecho ante eſcriuano publico, e que fue hecho a otra perſona priuada en nombre de otros, entre abſentes.

Iure communi Imperatorum & Regio partitarũ ſtipulatio alteri per alterũ facta, qui nõ erat in eius poteſtate, inutilis erat, ex eaque nulla oriebatur actio. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi ſtipuler ff. de ver. obli. & in. §. ſi quis alij, & §. alteri. inſti. de inuti. ſtipul. l. 7. ti. 11. de verbor. obligatio. part. 5. † Stipulationes quidem inuentę ſunt, vt quis ſtipuletur, qđ ſua intereret, vt in d. §. alteri: quare ſi ſtipulationi alteri factæ pœna adiiciatur, propter vtilitatem, quæ ex appoſitione pœnæ conſequi poſſet ſtipulans, ſtipulatio valet, vt in dict. §. alteri expreſsim decidit ur, ex quo cõſtat legem non reſidere huic ſtipulationi, ſed ei non aſsiſtere, vt probat Bartol. communiter receptus in. l. ſi quis pro eo numer. 12. ff. de fideiuſſor. nam ſi ſtipulatio prædicta eſſet contra legem reſiſtentem, non valeret adiectio pœnæ, nam vbi principalis contractus nullus eſt, & legi contrarius appoſitio pœnæ vitiatur, eſtque nulla, quemadmodũ & contractus principalis. l. non dubiũ C. de legi. l. Seyus. & Augerius. l. quod de bonis. ff. ad. l. Falc. l. vltim. ff. de conſtitu. pecun. cap. P. & G. de offi. delega. l. ſi ita ſtipulatus magna. vbi Ripa nume. 36. ff. de verbor. obliga. Panorm. Bald. Barba. & Fel. in. in. c. ſignificantibus. ad fi. de offic. de leg. Alex conſ. 32. & ibi Caro. Molin. in additioni. libr. 2. d. Dida. Couarruuias hanc dicens communem in capit. quamuis pactum. 2. part. §. 4. nume. 4. Et licet aliqui teneant legem reſiſtere huic ſtipulationi alteri per alterũ factæ, quos & eorum rationes refert. d. D. Couarruuias dict. §. 4. nume. 4. verior & receptior eſt ſententia. Barto. quòd lex ei non reſiſtat, ſed quòd non aſsiſtat, † ex quo infertur, naturalem ori obligationem ex hac ſtipulatione alteri per alterum facta. nam ſi actio ex ſtipulatu ex ea iure ciuili non producitur, ideo eſt, quoniam deficit intereſſe ſtipulãtis, qui requiritur, vt ſtipulatio producat actionem, vt in. d. §. alteri. hæc veroratio iure naturali ceſſat quippe quòfide obſeruatio tãtũ conſideretur. l. 1. vbi glo. & Bar. ff. de pact. & diximus ſupra hac eadẽ. l. gl. 1. ex quo hãc opinionẽ, q naturalis oriatur tenuit glo. in. d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri in verbo intereſt, & ibi Bar. n. 8. & doct. cõmuniter teſte Iaſ. ibi n. 20. ff. de ver. obli idẽ voluit Bar. in. d. l. ſi quis, p eo. n. 12. ff. de fideiuſ. Ferr. Garſi. in. d. l. 1. n. 24. vbi hãc dixit cõmunẽ. ff. de pact. hãc etiã receptiorẽ dixit. d. D. Cou. in rele. d. c. quãuis pactũ. 2. par. §. 4. nu. 2. † Ex quo probabilis eſt iure canonico actionẽ oriri ex huiuſmodi ſtipulatione alteri per alterũ facta, quippe quo nõ cõſideratur intereſſe ſtipulãtis, ſed ſoiũ fidei obſeruatio, vt cõſtat ex. c. 1. extra de pact. & huiuſmodi ſtipulatio pactũ eſt, vt dixit gl. in. l. 1. & ibi Bar. ff. de pact. Sed ex pacto nudo actio oritur iure canonico, vt in. d. c. 1. de pact. & latè probauimus ſupra eod. gl. 1. 5. & 8. quare hãc opinionẽ tenuit Bal. in. l. illud. n. 2. C. de ſac. eccl. gl. in. c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. Ant. & cæteri interpretes in. c. ſi cautio. de fide inſtru. Alij tamen tenuerũt iure põtificio ſtipulationẽ alteri per alterum factã nõ habere maiorẽ effectũ, quã habet iure ciuili, ſecũdũ Anto. Panor. & Fel. n. 23. in proœmio Gregoria. Ioan. Fab. in. §. alteri. inſti. de inuti. ſtip. Imo. Rom. Ale. & Iaſ. in. d. ſtipulatio iſta. §. alteri. n. 5. ff. de ver. obl. Rom. in auth. ſimiliter. 5. ſpeciali piæ cauſæ inter cõtractus. C. ad. l. Fal. quorũ. opinionẽ dicit receptiorẽ. d. D. Cou. in. c. quãuis pactũ. 2. p. §. 4. nu. 4. per tex. in. c. quãquã. de vſur. li. 6. vbi probatur nõ poſſe alteri quẽquã acquirere, niſi perſona publica ſit, vt ordinarius vel eius vicarius, notarius, aut ſacerdos parochialis. † Sic etiam iure cõmuni & regio partitarum alteri per alterum non queritur obligatio, etiam per ſolemnem ſtipulationem, niſi per iudicẽ vel notariũ, ſuc

ſiue ſit ſtipulatio iudicialis, ſiue conuentionalis, ſiue mandatum iudicis præcedat ſiue non, vt decidit glo. in.l.2. in verbo, publicum, & ibi eam ſequitur Bart. & Alexand. in additionibus ipſius. ff. rem pupilli ſalu.fore, glo.in.l.non aliter ff.de adop.in verbo.ſeruo publico, quam ibi ſequũtur Guiller.de Cun.Cyn. & Alberi.dicens hoc totum mundum ſeruare, & Bal. in.lectura quam legit ſub.l.nec ei.§.ſatisdatio.in. quæſt. glo.in.l.2.& ibi Salic. dicens communem.C eod.titul. Deci.cõſil.31.&.58.& conſil.293.&.407&.607.Nicola.Euerard.in loco. tanquã, Aymon Crauet.in repeti.rubri.ff.de legat.1.nu.124.& conſi.19.dubio.3.Boe. deci.172.nu.5.Tiraq.alios multos allegans dicẽsq; hãc eſſe communiorem noſtrorũ ſententiam, in libr. de conſtitutio 3.part.limita.30.nu.23.&.24.& ſeq.tex.regni noſtri expreſſus in. l.7.ad mediũ ti.11.de verborum obliag.part.5. vbi notat Gregor. Lupi, qui text. in fine. (contra Tiraq.vbi ſupra nu.29.& ſequen.) pro
6 bat tabellionem dici ſeruum publicum. † Lex verò noſtra has tollit ambages, dicens ſtipulationem vel promiſsionem nudam fieri poſſe alteri per alterũ, licet non ſit ſibi ſubditus, ne publica perſona, valet enim & efficatiter obligat talis promiſsio, nec contra eam obijci poteſt, quòd facta non fuerit à tabellionẽ publico, vel quod perſonæ priuatæ facta fuit nomine alterius abſentis, ſemper enim hoc iure noſtro valet talis promiſsio, & ex ea oritur actio aduerſus promittẽtem, modò eam acceptare voluerit abſens, cuius nomine promiſsio facta fuit, nec promiſſor id poterit reuocari ante acceptationem abſentis, prout in alia ſpecie dixit eruditiſsimus vir.d.D.Coruarr. lib.1. reſolutio.c.14.nu.13. Nec quicquam refert iudicio meo, an verba ſtipulationis vel promiſsionis dirigantur in præſentem vel in abſentem, vt promittis mihi dare Titio centum, vel promittis Titio centum, in his enim duobus caſibus pariter lex noſtra procedit, vt abſenti actio quæratur ſine ceſſione: tametſi. d.D.Couarr. in.dict.c.quamuis pactum.2.par.§.4 nu.9.ad diluendas tot oppoſitiones & opiniones contrarias eam fecerit differentiam, vt cum verbo promiſsionis in abſentem diriguntur, ſit nulla ſtipulatio, nec ex ea actio vlla oriatur, nec obligatio etiam naturalis, tam iure ciuili, quàm pontificio, & regio, quando autem promiſsio dirigitur in præſentem, licèt non pariat actionem iure ciuili, eam tamẽ producit iure canonico & regio, & quia obſcurè contra morem ſuum procedit, vide, an ſit is eius ſenſus. Quicquid tamen ſit nullo facto diſcrimine inter has duas ſpecies, verùm eſſe cenſeo, quod dixi iure noſtro regio, vt obliget promittẽtem promiſsio abſenti facta vel præſenti ad vtilitatem abſentis abſque ceſſione, vt ſatis conſtat ex verbis legis noſtræ: quam ita intelligit Grego. Lupi in d.l.7. in verbo.tercera perſona, tit.11.de verborum obliga. par.5.Dida.Perez vnico verbo in.l.3.tit.8.lib.3.ordi. col.1058.in princi. Anto.Gomez in libr. de contractibus, capit.11.num. 20.verſi. hodie tamen iure regio. d.
7 D.Couarru.lib.1.reſolutio cap.14.numer.13.† Quid autem fiet, ſi quis ſtipuletur ibi & Titio decẽ: & iure communi valebit in quinque dumtaxat, quoad reliqua quinque erit inutilis, itaque ſtipulans habebit quinque, Titius autem nihil, vt in d.ſtipulatio iſta.§. alteri.verſi.cum qui ita.ff.de verbo. obligatio & ibi glo.Barto.& communiter docto.§.quod ſi quis, inititu.de inuti.ſtipula. & ibi notat glo.Fab.Ange.& cõmuniter docto. iure autem regio valebit promiſsio vtriuſque perſonæ, & quilibet agere poterit pro dimidia, arg.l.reos.§.cum in tabulis. ff. de duob reis.l. 1.C.ſi plu. vna ſenten.l. teſtamento.ff. de lega.1. idem voluit Grego. Lupi in.l.7.glo.2.tit 11. de verbo.obligation. par.5 poſt medium. † Verùm ſi quis mediante ſtipulatione, vel hodie iuſta ius regium promittat pecuniam vel aliam rem Titio aut Seyo alternatiue, quorum alter, ſcilicet, Titius erat præſens & ſtipulatus fuit, alter verò abſens, eſt dubium, cui eorum actio quætatur, an vtrique, an neutri? & videtur quod neutri propter incertitudinem, vt in.l.item ſi ſeruus.§.ſi cum duos, in fine. ff.de ſtipulatio.ſeruo. vbi ſi ſeruus ſtipulatur alternatiuè Titio aut Seyo dominis ſuis, dicit text. non valere ſtipulationem propter incertitudinem. Sed text. ille corrigitur, ex ſententia Bart. & docto.in dict.§.ſi cum duos, per text.in.l.cum qui
9 dam. C. de verbo. ſignificatio. vbi alternatiua poſita inter perſonas reſoluitur in coniunctam, & vtique pro æquis partibus acquiratur, tam in vltimis voluntatibus quàm in contractibus, idem tenet Bart. in.l. Cayus. vltim.oppoſi. ff.ſolu.matrimon. Bald. & alij in dict.l.cum quidam.C.de verbo. ſignificatio.quare hæc opinio reijcitur. † Vera igitur reſolutio eſt hac in ſpecie iure communi quod integra promiſsio pecuniæ vel alterius rei quæritur Tirio præſenti & ſtipulati, Seyus autem cenſebitur adiectus ſolutioni, vt illi poſsit ſolui, vt in. l.quod ſtipulatus.ff. de ſolutio.l. Stichum aut Pamphilum.§.quæſitum &.§.vlum fructum, eod.titu.l.7.titu.11. de verbo.obligat par.5.cum alijs ab Anto. Gomez traditis in tomo de contractibus, cap.11.nume.20. Quod extendit etiamſi adiectus ſit pupillus vel ſeruus. Extendit etiam vt ei poſsit ſolui etiam inuito Titio, vt in.l.vero procuratori.§.1.& ibi Bart. &.l. illud.ff.de ſolu.niſi tamen Titius creditor litem conteſtauerit cum debitore, nam poſt litis conteſtationem non poterit adiecto ſolui, vt in.l.ſi
10 quis ſtipulatus fuerit decem.ff.de ſolut.vbi Bar.Paul. & cæteri interpretes, vel niſi talis adiectus mutauit ſtatum, tunc enim ei ſolui non poteſt.l.cum quis.&.l. ſi cum Cornelius.ff. de ſolutio. Idem in mandatario vel procuratore, quia cẽſetur ei reuocatum mandatũ, vt in.l.libera.ff.de pecu.& ibi doct.omnes.l.5.tit.14. par.5.Anton. Gomez.d.c.11.nume.20.qui etiam limitat, vt non poſsit ſolui hæredibus adiecti, vt in.l.cum quis.ff.de verbo.obligatio.† Iure autem regio per legem noſtram ius commune corrigitur in hoc articulo, quoniam hoc iure tertius eſt non cenſetur adiectus, ſed ei quæretur actio pro medietate, argumen.tex.in dict.l.cum quidam.C. de verbor.ſignificatio. vbi tam in contractibus, vt dixi, quàm in vltimis voluntatibus dictio alternatiua poſita inter perſonas honoratas, vel grauatas reſoluitur in coniunctam, vt vtrique quæratur ius vel actio pro virili: cuius ratio eſt, quoniam iure communi ideo tertius iſte cenſebatur adiectus, quia nulla obligatio vel actio ei poterat quæri, per alterum, vt in dict.§.alteri. Quod ceſſat per legem iſtam, quippe qua actio quæritur ex pacto vel ſtipulatione

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

latione alteri per alterum facta, vt supra resoluimus, cum ergo cesset hæc ratio, cessabit & dispositio, hoc tenuit Anto. Gomez lib.de contractibus.c.11.nu.20. versicu.pulchrum, & singulare dubium. Et Greg. Lupi in.l.7.titul.11 de verbor.obligationib.par.5.glo.2.

11 † Quodibi limitat Anto.Gomez, quando tertius esset dispositioni principali adiectus, secus si executioni vel solutioni, vt si dixeris, promitto tibi decem, quæ soluam tibi aut Seyo, tunc enim Seyus censebitur adiectus solutioni, & nihil sibi acquireretur ex promissione, vt colligi dicit ex Bart.in.l.2.ff.de duob.reis.2.q. idem in effectu probat Grego. Lupi in dict.l.7.glos. 2.ad fin.titu.11.parti 5.additque ex alio constare hunc tertium adiectum esse solutioni, nempe, si quod promittitur, erat soli stipulanti debitum. Si enim ex hoc vel ex alio constiterit esse tertium solutioni adiectũ seruabuntur ea que diximus num.9. de adiecto solu-

12 tioni. † Inducitur etiam tex.iste ad quæstionem satis controuersam, an pactum donationi appositum in fauorem tertij, nempe, vt post mortem suam vel post aliquod aliud tempus rem sibi donatã restituat Sempronio, iuxta tex.in.l.quoties. C. de dedona.quæ sub modo, possit ante acceptationem Sempronij reuocari, Bar.enim censuit posse reuocari in.l.qui. Romæ.§. Flauius Hermes nume.1 ff. de verbor.obligationi.cui adhærent magis communiter doctor. teste Socin.ibi nu.16.& Iaso.nu.14 per tex. in. d.§.Flauius, & in.l.3. ff.de seru exportan.&.l.1. C.si mancip.ita.fuer.aliena.& in. l.3. ff.qui sine manu.ad liber. perue.& in.l. Aristo.ff.de dona.Contrariam tamen sententiam tenuit Paul Castr.in dict.§.Flauius, nume.3. quem plures sequuntur, quos refert Dida.Perez in.dict.l.3.tit. 8.lib.3.ordina.col.1056 & sequen.hanc vltimam partem sequitur Anto. Gomez.in.l.40.Tauri, nume.29. & respondet ad fundamenta contraria, optime omnium hanc quæstionem resoluit.d.D.Couarru.libr.1. resolu. cap. 14.nu.7. & deinceps. Iure autem regio non dubito reuocari non posse ante acceptationem, post acceptationem autem acquiri ius tertio ex dicto pacto in donatione apposito, vt resoluit.d.D.Couarru.lib.1.resolu.c.14.nu.13. Dida.Perez in.d.l.3.titu.8.lib.3.ordina.col.1057.&.1058. Anto. Gomez de

13 contractibus.cap.4.numer.3.in.fin. † Dubium tamen est, an actio quæ competit iure regio ex pacto nudo, vel stipulatione alteri per alterum facta sit vtilis, an directa? & Bar.in.l.1.§.sublata.ff.ad Trebellia.dixit, q si ex forma statuti alteri per alterum quæritur actio, erit directa & non vtilis, si tamen statutum diceret. quòd transferatur actio de vno ad alium, erit tunc actio vtilis non directa, vt probat Dida. Segura in repetit.l.si filius dum in ciuitate, nume.65. ff. de verbor. obligationib. Sed nihilominus contraria sententia est receptior, imo quod in specie proposita comp. tat actio vtilis & non directa, ita asseuerant Angel. Alexand. Socin. Iaso. Ripa nume.17. & communiter docto.in.dict.l.1.§.sublata.ff.ad Trebellia.per.tex.in.l. penulti.C.de appella. Et quia regulariter quoties lex dicit alteri per alterum acquiri actionem absque cessione, vt quando stipulatur notarius pro absente, ei acquiritur actio vtilis, non directa, vt in.l.3.ff.rem pupi.salu.fore.& in.l.1.C.de dona.quæ sub modo, Didacus Perez hanc receptiorem attestatus & veriorem, in.l.3.tit.8.lib.3.ordina.col.1059. vbi respondet ad.l. certe conditio. §. si numos. ff.si cert.peta.esse ibi speciale in mutuo, propter singularia priuilegia ei concessa, iuxta notata in.l. singularia. ff.si certum petatur.

GLOS. VI.

1 *Legis nostræ intellectus vnus.*

Facti obligatio iure communi in obligationem interesse conuertitur, ibi.

2 *Factum facere obligatus præcise compellitur iure regio ad factum, nec liberatur soluendo interesse, nisi quando facere non potest, ibi.*

3 *Legis nostræ secundus intellectus.*

Factum alienum si quis per stipulationem promittat iure communi nihil agit, nisi adiecerit pœnam, vel promisit se facturum & curaturum, ibi.

4 *Facti alieni promissio valet iure canonico & regio, & cẽsetur promittere se facturum & curaturum, & nu.5.*

Facti alieni promissor censetur iure canonico & regio promittere se facturum & curaturum, ibi.

6. *Facti alieni promissor si adhibuit diligentiam in rogando vt faceret & non fecit, an ad interesse teneatur?*

7 *Legis nostræ intellectus.*

f *se obligo alguno que daria otro, o que haria alguna cosa.* Hæc lex habet duplicem lecturam. Primã prout verba legis posita erant in lege ordinationum, scilicet, *que daria a otro*, nulla litera dempta, & tunc licet videatur repetere, quod antea lex dixerat, quod attinet ad obligationem dandi: quod tamen pertinet ad obligationem facti, nouum quid continet corrigens ius commune Imperatorum. Certum enim est iure communi in obligationibus facti succedere obligationem ad interesse, nec præcise poterit debitor compelli ad factum liberatur siquidem soluendo interesse, vt in.l. si quis ab alio.§. fina.ff.de re iudi.l.stipulationes non diuiduntur, versi. Celsus, & l.cum stipulatus sim michi à Proculo.§.fina.&.l.in stipulationibus.§.operarum.ff. de verbo.obligationib. & hæc est communis opinio secundum Alexand. Vincen. & Iaso. in dict. l.si quis ab alio. §. fina.& in dict. l.stipulationes non diuiduntur, Anto. Gomez de contractibus, capit.10. nume.22.vbi pluribus modis limitat hanc conclusionem, vt per eum videre poteris. † Per legem tamen nostram clarè statuitur, quem teneri & cogi posse præcisè ad factum proprium omni casu. & sic necessariæ non erunt limitationes ab Anto. Gomez & doctoribus traditæ, quod ante hanc legem statutũ erat, per tex.in.l.5.titul.27.de executione rei iudicatæ par. 3.vbi si sentencia lata est contra debitorem facti, illud facere præcisè compellitur, & ibi hoc notat Grego. Lupi, & in. l.3.tit.14. de solutio. part.5.vbi idem notat

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tat Gregor. Lupi in verbo, *pudiesse hazer*, per quem tex. dicit destrui communem opinionem, de qua nume. præcedenti, & approbari opinionem Martini de Fano doctoris antiqui dicentis, quem posse indistinctè compelli ad factum, nisi quando facere non posset obligatus ad factum, vel quando actoris non interest, sicut & iure canonico fieri probat Grego. ibidem per tex. in.capi. qualiter de pact. Abb. in.cap. per tuas, de arbi. Iaso in.dict.l.stipulationes non diuidu ntur in princip. col. vltima, idem probat tex. in.l.13. ibi. *Deuele apremiar que la cumpla luego hasta tiempo cierto, señalado vn dia cierto que el tuuiere por guisado, a que haga lo que assi prometio.* Et l.25. titul.11. de verbor. oblig. par.5. & hæc est vera sententia, licèt ei refragetur Anto. Gomez in lib. de contractibus, cap. 10. nu. 22. & probatur in hac lege. ibi. *Deue cumplir aquello a que se obligo.* ÷ Secunda lectura est dempta litera. A. 3 vt sit sensus, *se obligo alguno que daria otro, o que haria alguna cosa.* & sic quòd promittatur factum alienum, vt differat ab eo, quod antea dixerat, ita hanc legem intelligit Grego. Lupi in.l.1 1. tit.1 1. de verbo. obliga. par.5. glos.1. refert. Dida. Perez in.l.3. tit.8. lib.3. ordinamen. col.1060. licèt postea impugnet. Et secundum hanc literam corrigit ius communi & Partitarū, & concordat cum iure canonico. Nam iure ciuili & parti, promissio facti alieni nil valet, nemo siquidem factum potest alienum promittere. l. stipulatio ista, in prin. ff. de verbor. obliga. §. si quis alium, insti. de inutili. stipul. l.11. tit.11. de verbo. obligati. par.5. nisi. expresse promittat se acturum & curaturum, quòd alter faciat. l. quoties. ff. de verborum obligationib. & dict.l.11. vel nisi pœnam promisit, vt in dict.l. stipulatio ista, in princip. versi. at si quis velit, & in §. versa vice. insti. de inutili. stipulatio. † Iure autem Pontificio promissio facti alieni resoluitur in promissionem se facturum & curaturum, quòd alter faciat hoc 4 enim dictat æquitas canonica, & probatur authoritatè gloss. in.cap. Eleutherius. 91. distinctio. quam sequūtur Anto. Abb. & Prepositus in capit. ex literis. 2. de sponsali. Felin. in.c. ex rescripto. nu.18. de. iure iurādo. Iaso in dict.l. stipulatio ista, in princip. nu. 5. quorum opinio communis est. vt attestatur. d. D. Couarru. in. c. quamuis pactum. 2. par. §. 5. num 1. quamuis. Alcia. in.l.4. §. Cato. numer.139. ff. de verborum obligationibus, asseueret, idem esse iure canonico, quod modo di 5 ximus esse statutum iure ciuili. † Quod sit, vt idem eadem æquitate & ratione statuēdum sit iure nostro regio, vt si quis promittat factum alienum, censeatur promittere se acturum & curaturum, vt alius faciat, & si non fecerit, vel vt faceret diligentiam ad hibuerit, teneatur ad interesse: quod, si deficit litera. A. clare probat text. noster, vt & Grego. Lupi attestatur in.dict.l.11. tit.11. par.5. cuius. sentētia vera est iudicio meo. licèt ei refragetur Anto. Gomez liber. de contractibus, cap.10. num.23. & Dida. Parez. in dict.l.3. tit. 8. lib.3. ordi. col.1063. &.1064. quod negare non possent, si litera hæc de ficeret. Quin mihi videtur, etsi non deficiat idem esse, propter æquitatem, qua ius canonicum fundatur, vt quis factum alienum promittens, videatur promittere se facturum & curaturum, vt faciat, aliàs teneatur ad interesse, ne detur occasio fidem frangendi, visus enim fuit ea æquitate suadente ad id se obligare: quare nimirum si ad id non set compelli, vt diligenter curet, vt alius faciat, aliàs 6 ad interesse teneatur. † Cæterum si curabit diligenter, vt faceret, & tamē noluit vel non potuit facere, an teneatur promissor ad interesse, tractat optimè. d. D. Couarru. in dict.c. quamuis pactum. 2. par. §. 5. numē. 3. & sequen. & resoluit communem esse sententiam diligentiam hanc eum excusare ab interesse, etiamsi iuramento firmauerit huiusmodi promissionem, licèt Areti. contrarium voluerit in. l. si ita stipulatus fuero tē sisti §. possum ff. de verborum. obligationib. quam latè discutit, & ex ea plura infert, vt ex ibi dictis videre poteris. † Poteris etiam intelligere text. 7 nostrum, quatenus dicit, *o que haria alguna cosa*, vt referatur ad vtrumque casum, videlicet, quando quis promittit factum proprium, vel alienum, vt vtraque in specie teneatur facere, & ad id compellatur, vel se curaturum, vt alter faciat.

GLOS. VII.

1 *Geminationis effectus.*

Obligandi voluntas quomodocunque appareat, obligat iure regio efficaciter quencunque, ibi.

2 *Venditor si pactum faciat, quod emptionis scriptura fiat, an possit a venditione resilire ante eius confectionem? & nu. 3.*

Scriptura licet in venditione non requiratur, si conueniat, vt fiat, an sit locus pœnitentiæ? ibi.

Lex. 6. tit. 5. par. 5 intelligitur, ibi.

4 *Lex nostra optimè explicatur.*

g *En qualquier manera que parezca que vno se quiso obligar a otro.* Ecce hic legislator geminat verba hæc, eadem siquidem posuit in principio, ex quo ostendit enixam voluntatem, iuxta ea, quæ in l. Ballista ff. ad Trebel. traduntur circa effectum geminationis verborū. Pau. Pari conf.58. nume.10. & consi.66. nume.23. & consil. 71. nume.19. & consi.89. nume.22. & 23. lib.3. & consi. 5. nume.64. libr.4. & conf.9. num.22. lib.3. itaque quocunque modo videatur quem se voluisse obligari, manet efficaciter obligatus, quasi dicat, siue per stipulationem, siue per pactum nudum, siue per pollicitationem, siue factum promittatur proprium, siue alienum, siue quid aliud, si consensus non defficiat, non deficiet actio. Ex quo plura inferri possent, quæ latè discutiuntur per Grego. Lupi. in toto titul. 11. de verbo. obligatio. par.5. & per Anto. Gomez in libr. de cōtractibus. c.4. 9. 10. &. 11. vltra ea quæ à nobis tradita sunt in glossis præcedentibus, quæ si placet videre licebit, vt tamen interim non omittamus quæstionem quæ præ manibus quotidie occurrit, nunquid vendita re aliqua pro certo pretio, conuenerit in continēti. vt scriptura venditionis fiat, sit perfecta venditio, an verò possit contrahentes, vel aliquis eorum ab ea resilire ante confectionem scripturæ? Et videtur

venditio

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

venditionē non esse perfectam, antequā fiat scriptura eamque fuisse voluntatem contrahentium, quare quilibet eorum ante confectionem instrumenti poterit pœnitere, secundum glo. singularem in l. inter patrem, in verbo, sine scriptis. ff. de contra. emptio. tenet Azo in summa. C. de fide instrumento. numer. 27. quē docto. sequuntur, secundum Salicet. in auth. sed nouo iure, col. 3. C. si cert. pet. idem voluit Socin. consi. 120. num. 17. lib. 4. & Paul. Castren. in l. cum res, col. 1. ver sic. sed aduert. quotidiè cōtingit. C. de probatio. vbi dicit, hunc casum vidisse Florentię, & ſæpe aliàs, & in l. contractus, col. 1. C. de fide instru. Nico Boer. decis. 48. nu. 18. Greg. Lup. dicens, hanc veriorē esse in puncto iuris in l. gloss. 1. tit. 5. de emptio. & vendit. part. 5. Ant. Gom. hanc dicens communem in lib. de cōtractibus cap. 2. nu. 17. pro qua est tex. in dict. l. 6. tit. 5. part. 5. ibi. *Quiero que sea desta vendida carta hecha, e la vendida, &c.* l. cōtractus, ibi, quod nec dum est impletū, vel absolutum, aliquod ius sibi ex eodem cōtractu vel trā
3 factione vendicare. C. de fide instrumen. † Sed nihilominus oppositam sententiam tenent alij plures, imo quòd contractus sit perfectus, & nullus ex contrahētibus possit ab eo discedere, licèt in ipso contractu conuenerit, quòd fiat scripturā, nisi adijciatur quòd alias non valeat contractus, hæc fuit opinio Ioan. quē sequutus fuit Accursius in. §. 1. instituta de emptione & venditione. Iacobus Butricarius in. l. fina. C. si certum petat. & in. d. l. contractus, vbi etiam Dyn. C. de fide instrumento. & ibidem Salicet. Angel. eam dicens communem, in princip. institu. de emptio. & venditio. & Barba. in rubri. de emptio. & venditio. numer 8. Grego. Lupi eam dixit communem in l. 2. in verbo. en poridad. titul. 1. par. 6. & in l. 6. titul. 5. par. 5. Deci. consi. 340. numer. 3. lib. 3. Ferdinan. Vazquez Menchaq. de successio. creatio. §. 11. nume. 3. vbi hanc receptiorem attestatur. Mouentur, quia qualitas hæc scripturæ non mutat substantiam emptionis, quæ nullam exigebat scripturam ad sui perfectionē, sed solo consensu perficiebatur, vt in l. 1. & 2. ff. de cōtrahen. emptio. Denique iudicio meo, hæc est, cùm verior, tum receptior opinio, quicquid contra eam dixerit Dida. Perez in l. 3. titul. 8. libr. 3. ordina. col. 1055. &
4 sequen. † Et maximè iuxtà ius nostrum Regium, visus fuit enim venditor & emptor se se obligare, ille ad rem tradendam, hic verò ad pretij solutionem, & vterque ad scripturam conficiendam, quare venditor tradere cogetur, emptor autem pretiū soluere, & quilibet eorum scripturam conficere. Et nimirum cum & in contractibus innominatis, de quorum natura est, vt ante implementum alterius alter possit pœnitere, vt. in l. naturalis. ff. de præscrip. verb. hodie, per legem istam pœnitentiæ locus non sit, sed ad petitionem vnius alter possit cogi ad implementum, licèt pœnirentia ductus alter contractum reuocauerit, vt probauimus plenius supra hac eadem. l. in glo. 2. nume. 2. & deinceps.

LEY. III.

¶ *Que sin preceder informacion de deuda, no sea obligado ninguno a se arraygar.*

¶ *Don Fernando y doña Iuana enlas leyes de Toro, año de. 1505. ley. 66.*

¶ Ninguno sea obligado de se arraygar,[a] por demanda de dinero, que le sea puesta, sin que preceda informacion de la deuda,[b] alomenos sumaria de testigos, o de escritura autentica.[c]

GLOS. I.

1 *Satisdare debet reus conuentus actione personali, si præcedat probatio debiti summaria per testes, vel instrumenta, non alias.*
Satisdare an teneatur conuentus actione in rem, si immobilia non possideat? ibi.

2 *Satisdare an teneatur actione reali conuentus ad mobilia?*

3 *Satisdare non tenetur conuentus actione personali, qui possidet immobilia.*
Satisdare tenetur de iudicio sistendo non de iudicato soluendo, qui non possidet immobilia, ibi.

4 *Satisdationem, si reus non præstiterit, debet iure regio in carcerem mitti.*
Fideiussionem quam præstabit reus de iure regio, deditur, quod de la haz, ibi.

5 *Satisdationem euitat qui possidet immobilia litigiosa, etiamsi condemnatus fuerat, & appellauerat.*

6 *Satisdare non tenetur qui possidet bona fide immobilia, seu si mala fide.*
Satisdare an teneatur qui possidet annuos redditus, pignus vel vsumfructum, vel bona vinculata? ibi.
Satisdare an teneatur qui possidet multa mobilia? remissiuè, ibid.

7 *Satisdare an teneatur qui possidet immobilia in regno, etiam extra locum iurisdictionis iudicis?*
Fideiussores extra locum iurisdictionis iudicis, an dari possint, si reus iuret alibi non habere? ibi.

8 *Satisdare an teneatur aduena, cum quo scienter quis contraxit?*
Aduena an fortiatur forum ratione contractus? ibidem.

9 *Satisdare an teneatur, qui non mutauit conditionem quam habebat tempore contractus?*
Satisdare an teneatur reus, qui mutauit conditionem post contractum, diu tamen à creditore fuit toleratus, ibid.

[a] *Ninguno sea obligado de se arraygar.* Nota ex lege ista neminem

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

neminem ſatisdare teneri pro debito pecuniario ſeu actione perſonali, abſque eo quòd procedat probatio debiti ſaltem ſummaria, per teſtes vel per inſtrumenta. Et præmittendum eſt, reum conuentum actione reali, ſi non poſsidet immobilia, debere ſatisdare, iure communi & partitarum, deſiſtendo in iudicio. l. ſciendum.ff.qui ſatisda.cogan.l.41.titu.2.de actio. par.3. Sin autem res petita erat immobilis nõ ſatisdat. quoniam res ipſa eum idoneum facit, vt in dict.l.ſciẽdum.§. ſi fundus, &.§.ſi fundum ff.qui ſatisda. coga. niſi peterentur fructus magnæ quantitatis, tunc enim pro eis ſatisdare tenebitur, ſi alia immobilia non poſsidet, ſecundum Bart.in dict.§.ſi fundum. in fin.Roderi.Xuarez in.l.2.titu.3.*de los emplazamientos*, libr.2. fori, in princ.nume.31.in fin. † Vbi autem petitur res mobilis, & reus eſt ſuſpectus, qui non poſsidet immobilia, deponitur apud iudicẽ donec ſatisfecerit.l ſi fideiuſſor.§.ſi ſatisdatum.ff.qui ſatisda.cogãh. † Conuentus autem actione perſonali, ſi poſsidet bona immobilia in loco iuriſdictionis ipſius iudicis ſatisdare non tenẽtur, quia non timetur de fuga propter bona quæ poſsidet. l. ſciendum.ff.qui ſatisda.cogan. §.ſed hodie inſtitu.de ſatisdatio. Vbi autem bona nulla poſsidet, vel non tanti valoris vt æquiualeat debito, iuxta leges noſtras regias, debet fideiuſſores idoneos dare de iudicio ſiſtendo, & non de iudicato ſoluẽdo iure communi, vt in.§.ſed hodie, inſtitu.de ſatisdatio. quos ſi dare non poſsit, ſufficit eius iuratoria cautio, vt ibi dicitur, & in.l.41. tit. 2.par.3. † Hodie autem aliter ſtatuitur iure regio, nam ſi fideiuſſores idoneos non præſtiterit, non ſufficiet iuratoria cautio, ſed debet in carcerem mitti, donec eos præſtet, vt in.l.2.tit. 3.*de los emplazamientos*, libr.2.fori.vbi Roderic. Xuarez in princi.nume.7.hoc ex illa, & alijs legibus fori Regij expendit. Quin etiam non ſufficit iure noſtro Regio ſatisdare iudicio ſiſti, ſed oportet ſatisdationẽ præſtare, non ſolum de iudicio ſiſtendo, verumetiam quod præſentabitur & exhibebitur corã iudice, quoties petitũ fuerit, aliàs ſoluent iudicatum fideiuſſores ipſi, quæ fideiuiſsio, de la haz Hiſpane diciter: hæc fuit ſententia Roderici Xuarez in dict.l 2.titul.2.*de los emplazamientos*, lib.2.fori.§.vlterius nota. num.3. foli.178.colu.4.eo quod iura non attingunt dare fideiuſſorem in plus, quàm quis fuerit obligatus, ſed non habens vnde ſoluat, liberatur dando ipſum ad ſeruiẽdum iuxta leges noſtras, ſufficiet ergo dare fideiuſſorem, de ſe exhibendo & præſentando coram iudice perſonaliter, quoties iudici videbitur, idem voluit Grego.Lupi in dict.l.41.tit.2.part.3.in verbo, *de demandare fiador*. Quod tamen procedere aſſerit, præterquam poſt latam ſententiam, vel confeſsionem ab ipſo reo factam, quoniam tunc non liberabitur dando fideiuſſorem de la haz, nec de iudicato ſoluendo, ſed donec ſoluat, debet eſſe in carcere poſt elapſum tempus condemnatis miſerationis cauſa conceſſum, vt melius explicat idem Roderi. Xuarez.d.§.vlterius nota, num.12.13.14.&.15. folio.180 † Quis autem dicatur bona poſsidere ſufficientia ad vitandam ſatisdationem, tractat late Roderi.Xuarez in dict.l.2.titu.3.*de los emplazamientos*, li.2. fori in princip. à numero 20.& de inceps, reſoluitque quòd poſſeſsio rei litigioſæ ſufficit ad euitandã ſatisdationem, etiamſi poſſeſſor habeat ſententiam contra ſe, à qua tamen appellauit.ſed nõ eſt appellatio deſerta, per tex. in.l.ſciẽdũ. §.ſi fundum.ff.qui ſatisda.cogan. † Debet autem bona fide poſsidere, nam ſi mala fide poſsideat, non euitat ſatisdationem, ſecundum Barto.& docto.in.d.l. ſciendum.Roderi. Xuarez in dict.l.2.in princi.num. 23.tit.3.lib.2.fori.Anto.Gomez in.l.66.Tauri, numer. 1.& ibi ceteri docto.& communiter recipitur hæc ſententia, vt atteſtatur Bernar.Diez à Luco in additionibus ad Roder. Xuarez in dict. l. 2. in princip. nume. 23.& num.28. aſſerit poſsidentem annuos redditus ſuper re immobili, excuſari à ſatisdatione, citat Bart. & Ange.in dict.l.ſciendum.§.1.ff.qui ſatisda.cogantur. Tiraquel.addit concordantes lib.1.de retractu. §.1. gloſſ.6.num.6.7.&.24.dixi ſupra hoc eodem libr.titul.11.de emptio. & retractu.l.7.gloſſ.1.num.19.ſed an poſsidens bona ſubiecta reſtitutioni, vel pignus, vel vſumfructũ, vel ſi eius pater eſt diues, an excuſetur à ſatisdatione? vide eundẽ Roderi. Xuarez in d.l. 2.in prin.num.25.26.27.&.30.&.quid ſi poſsidet multa bona mobilia, quæ facile non poſſet occultare, vide eundem, num.14. † Cæterum ſi bona.quæ poſsidet.ſunt extra iudicis territoriũ, tenebitur ſatisdare, aliàs non, vt ex communi ſententia probat Roderic. Xuarez in dict.l.2.in.§.vlterius quæritur, nume.2.& ibi Ioan.Bernar.Diez à Luco refert Soci in.d.l.ſciendum in princip.ff.qui ſatisda.cogan.hanc dicens communem, Grego.tamen Lupi.in.l.41.titu.2.de actore, par.3.in verbo.en la tierra, per text.ibi aſſerit ſufficere, quòd bona poſsideat in regno ad euitandam ſatisdationem, quod tamẽ ipſe relinquerem arbitrio iudicis ita, vt ſi propter longinquitatem non ſit plene cõſultum actori, poſsit eum cogere ad ſatisdationem. Fideiuſſores autem ſi præuio iuramento dare non poteſt in loco iudicij, ſat erit, quòd eos præſtet alibi, modò non ſit locus nimis remotus, ita quòd non confundatur actori.l. ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatisda. cogan.Roderi.Xuarez in dict.l.2.§.1.nume.11.& ſeq. † Hæc procedunt, niſi quis cum aduena contraxit, nõ poterit ab eo ſatisdationem exigere, ſibi enim imputet, ſi ante contractum non exigere tex. eſt optimus in.l. hæres abſens.§.proinde.ff.de iudi.cum ſic ait, nunquid dicimus eum, qui à mercatore quid comparauit aduena, vel ei vendidit, quem ſcit inde confeſtim profecturum, non oporteret ibi bona poſsideri, ſed domicilium eius ſequi. Ecce ibi non ſortitur, quis forum ratione contractus, quoties ſcienter quis cum aduena contraxit, quod recte intelligit Roder. Xuarez in dicta.l.2.§.vlterius nota iſtum, nu.5.6.& 7. † Limita.2.quando ſuſpicio & cauſa, propter quam quis compellitur ſatisdare ſuperuenit denuo poſt debitum contractum, ſecus ſi eadem cauſa ſuberat tempore initi contractus, quo in tempore debitor erat pauper, nec vllã poſsidebat bona immobilia: quoniam hac in ſpecie non tenebitur præſtare ſatisdationem, nec bona eius ſequeſtrabuntur, imputet enim ſibi qui cum tali contraxit, & talem debitorem elegit, vt probat Iuriſconſultus in.l.ſi ab arbitro.§.qui ex cauſa.ff. qui ſatisdat.cogan.&.l.qui bona fide.§.de illo. ff. de dam.infec.l.ſi is à quo.ff.vt in poſſe.lega.l.ſi. C. de

ſponſa.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sponsa hoc tenuit Bar. in l. vltima. ff. de ferjis. Paul. Castren. & alij docto. in l. in omnibus. ff. de iudi. Bal. in l. creditor. 2. ff. si cert. peta. Ioan. Lupi in rep. c. per vestras. §. 9. nume. 14. Anto. Gomez in l. 66. Tauri, numer. 3. Grego. Lupi in l. 41. titu. 2. par. 3. in verbo, *pero si no se hallasse*, ad fi. quod verius credo, quicquid in oppositum dixerit Roderi. Xuarez in dict. l. 2. titu. 3. *de los emplazamientos*, libr. 2. fori §. sed attende quod si aliquis, nume. 43. & 44. & contra Roderi. vltra præcitatos tenuit Ioan Lupi in l. 66. Tauri. nume. 42. Id extendens nume. sequenti. etiamsi denuo superueniat suspicio si diu tacuit creditor sciens esse suspectum. Quis autem dicatur fideiussor idoneus, latè discutit Roderi. Xuarez in dict. l. 2. tit. 3. lib. 2. fori. §. nunc opportunè, & hoc verbum, diu, quandoque ponitur pro biennio, vt in l. eum domini horreorum, & ibi expendit glo. ff. loca.

GLOS. II.

1 *Satisdare non compellitur reus, nisi probatio præcedat debiti.*

2 *Satisdare non compellitur reus, nisi probatio præcedat mutationis status debitoris.*

Satisdare vt cogatur, quis sufficit summaria informatio testium de debito, ibi.

b *Sin que preceda informacion de la deuda.* Olim iuramentum actoris sufficiebat, vt quis compelleretur satisdare, vt authoritate Pauli Castren, firmat Ioan. Lupi in l. 66. Tauri nu. 7. Hodie autem ad euitanda periuria, & ne reus iniustè carceri mancipetur, statutum est, vt non antea cogatur reus satisdare, quam probatio debiti præcedat, vt notant doctor. omnes in dict.
2 l. 66. Tauri, vnde hæc nostra lex desumpta fuit.† Sed probatio hæc satis non erit, nisi constet de paupertate & suspicione debitoris secundum Ioan. Lupi in. d. l. 66. Tauri nume. 41. & Anto. Gomez ibid. nume. 2. & hæc est communis opinio & praxis. Et nota hac in specie testes litem contestata recepti facere fidem, vt ibi Nostrates aduertunt, nec ad id citandus est aduersarius, sed summaria cognitio sufficit, vt hîc dicitur.

GLOS. IIII.

Probatio per scripturam vel testes parificatur.

Instrumentum est probatio probata præsens, realis. & euidens. ibid.

c *Alomenos sumaria de testigos o de escriptura authentica* Probationem fieri per testes vel instrumenta paria sunt. l. in exercendis. C. de fide instrumen. probatio autem quæ fit per instrumenta authentica est probatio probata, & prompta præsens, & in numerato, & realis, vt pluribus autoritatibus probat Tiraq. libr. 1. de retractu. §. 2. glos. 1. n. 10. euidensque & manifesta, vt numeris sequen. probat.

LEY. IIII.

¶ *Que el preso por deuda, sea mantenido por nueue dias, y sino tuuiere bienes ni fiador, sea entregado al acreedor.*

Lex. 4. ti. 13. lib. 5. ordi.
Ley. 2. ti. 8. de los gouiernos, lib. 3. fori.

¶ Si algũ hombre por deuda que deua fuere metido en prision, el acreedor mantengalo hasta nueue dias, a y no sea tenudo de darle mas, si no quisiere: pero si el preso mas pudiere auer de otra parte ayalo. Y si en este plazo pagar no pudiere, ni pudiere auer fiador, sea entregado al acreedor, b de guisa, que pueda vsar de su menester y oficio, y de lo que ganare, dele el acreedor que coma razonablemente: y de lo de mas recaudelo y recibalo en quẽta de su deuda. Y si oficio no ouiere, el acreedor lo quisiere tener, mãtẽgalo y siruase del. c

GLOS. I.

1 *Carceri mancipatus, an sit alendus à creditore, qui eũ in carcerem intrusit?*

2 *Alimenta quibus casibus sint præstanda, remissiuè.*

a *Mantengalo hasta nueue dias.* Iure communi Imperatorum carceri mancipatus à creditore alendus est, vt in l. sed si hæreditas, & ibi docto. ff. ad exiben. si forte ex artificio vel officio suo ali non potest, vt ibidem notatur, & per gloss. in l. vlti. C. de eroga. militar. anno. vel si non habet aliunde vnde ali possit. l. iudices C. de episco. audi. tradit Iaso. in §. item si quis in fraudem. num. 93. institu. de actio. Feli. in c. 1. nume. 9. de libe. obla. Guillel. de Rouile in tracta. de iustitia, & iniustitia, lib. 3. c. 8. num. 4. & 5. Marsi. in practica. crimi. §. attingam, nume. 74. Auile. in. c. 18. prætorum. in verbo, qual conuenga, num. 5. Per legem tamen istam etiam si aliunde victum haberi possit, est adhuc alendus per dictos nouem dies, vt hic, quod voluit Ioan. Fab. in §. vltimo, institu. de actio. Montal. in. d. l. 2. ti: 8. in verbo de pan y agua lib. 2. fori. † Casus tamen
2 sunt plures, quibus alimenta litigatori debentur, quos latissimè enumerat Petr. Rebuffus lib. 1. constitutio Gallicarum, tracta. de sententijs prouisionalibus in præfatione à numero. 36. & deinceps, qui omnino est videndus.

GLOS.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

GLOS. II.

1 *Liber homo iure communi non potest tradi creditoribus in pignus, etiam ex pacto.& nu.2.*

3 *Cessionis bonorum forma antiquissima.*

Debitor olim in seruitium tradebatur creditori, si nõ erat soluendo.ibi.

Lex. 12. tabularum contra debitores non soluentes, rigurosa,& antiquata.ibi.

4 *Debitor quãdo carceri tradi poterat iure communi.*

5 *Cessio bonorum liberat à carcere.*

6 *Cessionẽ bonorũ præcedere debet sentẽtia vel cõfessio.*

Cessionem bonorum præcedere debet instrumentum publicum.ibi.

Cessio bonorum ad petitionem vnius ex creditoribus facta præiudicat cæteris,ibid.

7 *Cessionis bonorum forma iure communi.*

Cessio an fieri possit cum actibus ignominiosis?ibi.

8 *Cessione bonorum facta omnia bona relinquere debet cedens,præter vestes.*

Cedens bonis,an possit sibi instrumẽta officij vel exercitij reseruare necessaria ad victum?ibi.

9 *Cessio bonorum vno tantũ numo reseruato, nil valet.*

10 *Cedens bonis an præstare tenetur cautionem iuratoriam de ære alieno restituendo,cũ nactus fuerit pinguiorem fortunam?*

Cedens bonis,an soluere teneatur debitum, cum post cessionem aliquid lucratus fuerit deducto ne egeat? ibi.

11 *Cedens bonis non liberetur ab obligatione ciuili, vel naturali.*

Cessionis bonorum exceptio impedit litis cõtestationem.ibi.

12 *Cedens bonis per actus ignominiosos, vbi hæc viget consuetudo, si pinguiorem natus fuerit fortunam, an residuum soluere teneatur?*

Pudor pœnæ loco habetur,ibi.

Pœna corporali punitus in defectum bonorum,si bona post ea quæsierit, an soluere debitũ teneatur?ibi.

13 *Cessio bonorum iure regio quomodo fiat?*

Cedens bonis traditur creditoribus ad seruiendum forma hic tradita,ibid.

14 *Debitor qui bonis cessit traditur creditoribus,vt seruiat pro exsoluendo debito, & sic in persona liberi hominis est dare ius quodam seruitij.*

Seruitij ius est in libero homine iure regio, licèt pignori dari nequeat.ibid.

15 *Operas quas facere teneatur debitor qui bonis cessit, vel monasterium ingressus pro debito ante religionis ingressum contracto.*

h *Entregado al acreedor.* Concordat.l.2.tit.8.de los gouiernos,lib.3.fori. Sed aduersus rigidam legis nostræ decisionẽ est text.in.l.ob æs,& auth. imo.C.de actio. & oblig.& in auth.vt nulli iudi.§.quia verò.colla.9. & in.l.2.C.quæ res pigno.obliga.poss.c.2.de pigno.l. 3.tit.13.de pigno.par.5.quibus legibus præcipitur,ho minem liberum tradi non posse creditoribus in seruitiũ aut pignus, etiamsi ei bona desint,ex quibus cre-
2 ditoribus satisfaciat. † Imo etiam ex pacto hoc non licere asseuerat Bernard.in.c.ex rescripto.de iure iur. vltima responsione, quem ibi sequuntur Panorm.& Imol. (contra Host. Enriq. Card.& Felin.ibidem,dicentes ex pacto dicere) gloss. tamen sequitur Imol. & Aret.in.l.ob fides.ff.de testamen. Franc.de Ripa in l.obligatione generali.nu.12.ff.de pigno.par.& Are. in.l.alia.§.eleganter.ff.solut.matr.d.D.Couarru. libr. 2.resol.c.1.nu.1.&.7.in fi.hanc atteſtatus cõmunem,
3 dicam infra titulo seq.l.1.glo.2.in fi. † Quare de effectu & origine cessionis bonorũ aliquid tractare operæpretium erit. Antiquis temporibus licebat creditoribus debitores suos capere, ac in vinculis habere, postquam per sententiam vel confessionem propriam debitores esse constabat. Quin & lege. 12. tabularum
o seruitutis pœna, mortis & secationis in partes addita fuerat,vt ex Ribalio,& Oldendor rub 8.constat. Cuius rigoris id solum à Romanis fuit admissum.& frequentissimè obseruatum, nempe, vt creditor, qui debitori satis non faciebat, vel soluere non poterat debitum confessum vel iudicatum,addicebatur creditoribus in seruitutem lege nexus, & talis debitor addictus dicebatur,vt eruditè explicat Budæus in annota. in pandectas titu.de in diem addictione, ex Quintiliano.libr.7.capit.4. refert.d.D.Couarr.lib.2.resolution.cap.1.numero.1. In alio autem moribus antiquatam fuisse eandem.12.tabularum legem atteſtatur Tertullianus in apologitico,cap.5. cum concordantijs, de quibus infra hoc libro titulo.19.de decoctoribus.l.1. glosſ. 2.numer.3. Sed deinde lege Pætilia anno ab vrbe condita. 428. eadem lex omnino sublata fuit, & cautum, ne quis ob pecuniam creditam in vinculis teneretur, sed eius bona, non corpus essent creditori obnoxia, teste Plinio decade.1.libr.8. Sed & lege Cæsarea postmodum decretum fuit, ne debitores liberi in seruitium, aut pignus dari possent creditoribus dicta.l.ob æs.& authenti. imo.C. de actionibus & obligationibus,cùm alijs supra numer.
4 1.citatis. † Verùm vbi facta executione in eorum bonis iuxta formam. l.à diuo Pio.§.in venditione. ff.de re iudicata, non erat plenè satisfactum creditoribus. Iure communi Imperatorum, debitor carceri tradebatur, & in publicis vinculis detinebatur, donec solueret, vel alias eis satisfaceret, ex sententia gloss. memorabilis in.l.3.§.tutores.ff.de suspe.tutor. quam dixit singularem Bald.in.l.si fine.ff.de in ius vocand. Alexander, & Iaso in dicto.§.in venditione, Panormitan.& Felin.numer. 10.in capit.quoad consultationem.de re iudic.quam communiter esse receptam atteſtatur Aretinus in.l. alia.§.eleganter.numero.7.ff.soluto matrimonio, & Ripa in dicta.l.obligatione generali.numero.20. ff.de pignor.Iaso.in principio.institu.de actio.num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

90.d.D.Couarru. d.c.1.lib.variar.resolutio.2.num.2.
5 † Vbi autē debitor in carcere detinebatur ad petitionem creditorum, poterat credendo bonis liberari à carcere, nam præter alios effectus, hunc præcipuissimū cessio bonorū habet.l.1. C. qui bon.ced.poss.l.4.tit.15.part.5.Ferdi.Vazq.Menchaq.de successio.creatio.c.6.
6 nu.49.&.50. † Qualiter autem cessio bonorum fiat? Respondeo præcedere debet sententia vel confessio debiti in iudicio.l.pen.& vltim. ff. de cessio. bono. vbi glo.Azo.in summa.C.eod.tit.l.1.& ibi Greg. Lupi. in verbo, e non ante, tit.15.par.5.gloss. in.l.1. C.qui bon.cede.poss.doct.in.c.Odoardus.de solutio. d. D.Couarru.d.c.1.nu.5.Affli.decisio.379.per totum. Vel hodie sufficit instrumentum publicum, quod iure regio habet paratam executionem.l.2.5. & vltim.titul.21. de executionibus supra lib.4. Secundò requiritur, ꝙ fiat eo in tempore, quoad instantiam creditorum debitor in carcere custoditur, secundum Enriq. in.dict. c.Oduardus: estque communis opinio teste.d.D.Couarruu.d.c.1.num.5. est tex.regni nostri in.l.4. & ibi notat Greg. Lupi, in verbo, à la demanda.titul.15.de cessione bonorum, par.5.dixi in stylo cancellariæ, tit. 1.præeminen.17.casu. 20. declara. 2. glo.vlt. num 31. & seq. Idem si ad requisitionem vnius tantum creditoris sit in carcerem missus, cessio nanque tunc facta omnibus præiudicat creditoribus, vt in.l. 4.& ibi docto ff.de cessio.bono.l.3.tit.15.part.5.Salic.in.l. 1.nu. 4.C.qui bon.ced poss.Guido Papæ consil.120. nu. 7. nec sunt alij creditores necessariò citandi ad huiusmodi cessionem, sicuti expresse adnotauit Petr.Iaco. in practica rubric.de cessione bonorum, &.d. D. Co-
7 uarru.d.c.1.numer.5. * Forma cessionis bonorum iure communi Imperatorum est expressio sola verborum per se, vel nuntium, vel epistolam, text. est notabilis in.l.in omni.C.qui bon.cede.poss.l.fi.& ibi Barto.ff.de cessio.bono.Bal.in.l.1.C.qui bon.cede. poss. Iaso.in.§ vlt.num 28. institu.de actio. Roder. Xuarez in dict.l.2.tit.8.de los gouiernos, in princ. num.15. lib.2.fori.l.1.tit 15.de cessione bonorum, par.5. Cōsuetudo autem in opprobrium debitorum alias inuenit formas, quæ nequaquam seruandæ sunt: vti Papiæ & ferè per totam Italiam cedens bonis naribus lapidem percutit, dicens, cedo bonis, vt refert Angel. in.l. vlt. ff.de cessio.bono. & Romæ ascendit leonem marmoreum, qui est in pede scalarij capitolij, & dicit, cedo bonis c.Odoardus.de solutio.refert Cyn.in.d.l.1.q.5. C.qui bon.cede.poss.Roder.Xuarez.in.l.2.titu.8. de los gouiernos, lib.2.fori, in prin.num.15. sed talis consuetudo aut statutum non valet, nec est seruandum continet enim rem turpem, & inhonestam, quæ oculos videntium infestat, secundùm Alber.in.1.par. statutorum.q.37.& in rubri.C. qui bon.ced.poss. doctores in.c.Odoardus.de solutio.Iaso.in.§.vltim.numer. 29.insti. de actio.Cyn.& Bald.in.l. fi.C.qui bon. cede.poss.Bernar.Diez à Luco ad Roderic. Xuarez. in dict.l.2. tit. 8. de los gouiernos, libr.2.fori, in princi. sub numer.15.Salic.in.l.in omni.C.qui bon.ced.poss.
8 & fere omnes. † Qui autem cedit bonis, dimittere tenetur bona omnia creditoribus quæ tempore cessionis possidet, glo. est communiter recepta in.l.pen.ff. de cessio.bono.Bald.in.l.vltim. numer.5.C. qui bon. ced.poss.tex.in.l.1.tit.15.de cessio.bono.par.5. vestes verò, quibus quotidie vitur ei relinquantur, Cyn. in l.1.q.4.C.qui bon.ced.poss.Ioan.Fab.Nicol. de Neapoli, Ioan. de Plat.Ang.de Aret.& Iaso.numer.26.in §.vltimo.insti.de actio. Petr.Iacob.in practica rub. de cessio.bono. capella Tolosana decisio.136. Panor. hāc esse communem professus in.d.c.Odoardus.numer.8. de solu.Iaso.in.§.item si quis in fraudem.nu.94.insti. de actio.d.D.Couarru.lib.2.resolu.c.1.nu.5. versi. is autem, & licèt per legem regiam primam.tit.15. de cessione bonorum, par.5. vestes tantum lineas cedenti bonis relinqui debere statuatur, vt ex ea expendit Greg. Lupi, in verbo, fino los paños de lino, recepta tamen est opinio, vt ei relinquantur vestes, quæ damnatis ad mortem relinquuntur, vt in.l.diuus. ff.de bon damna.Iaso post alios DD.in.§. vlt. numer. 26. institt. de actio. dixi in stylo cancellariæ.tit 1.1.præem.17.casu. 20.declara 9.§.3.glo.1.in fine. Quin etiam instrumenta necessaria ad quærendam victum, nempe, ea quæ pertinent ad artem, quam exercet, ei sunt relinquēda vt probat Ioan.à Medina in lib. de contractibus. q.3. causa. 3.q.5. quod fortè non admitti in praxim existimat.d. D.Couarru.in.d.c.1.lib.2.resolu.nu. 5. in fin.
9 † Atsi cedens bonis reseruauerit numum vnum nihil faceret, non enim valet cessio, vt voluit Bart. & Bal.d. nu.5.in.l.vltim. C.qui bon.cede.poss.Iaso.in.dict. §. vlt.nu.27.insti.de actio. Tiraq. lib.2. de retractu. §. 4. glo.6.nume.27. in fin. Qui numeris præcedentibus & sequentibus plura congregat similia, in quibus ob defectum vnius duntaxat numi actus vitiatur, vel in-
10 curritur in pœnam. † Cæterum is, qui cesit bonis, cautionem iuratoriam præstare tenebitur de soluendo ære alieno, cum ad pinguiorem fortunam deuenerit, secundum glo.Hostien.Ioann.Andr. Enriq. col.3. & cæteros in. c. Odoardus.de soluti. quod facere coget iudex ex postea lucratis, ita tamen, vt ei alimenta necessaria deducantur, quibus egestati satisfaciat.l.4. ff.de cessio. bono. Itaque habet debitor beneficium post cessionē factā, ne cōueniatur vltra quā facere possit deducto ne egeat, vt in.l.qui bonis.ff.de cessi.bon. & in.§.vlt.insti.de actio.vbi Iaso id notat post alios. nu.3.Greg.Lupi in.l.3.tit.15.in verbo, de que pudiesse viuir.par.5.d.D.Couarru. lib.2. resolu. c.1.num.6.
11 † Cuius ratio est, quoniam qui bonis cesit, non liberatur ab obligationibus, quas antea contraxerat ciuilibus vel naturalibus, sed ei competit exceptio, secundum Cyn.q.9.quem sequitur Bal. & alij in.l.1. C. qui bon cede.poss.quorum opinio communis est teste Iasone in.d.§.vltim.num.2.institu.de actioni.d.D.Couarru.lib.2.resolutio.c.1.numer.6.in fin. quæ impedit litis contestationem.l.3.ff.de cessio.bono.Bar.in.l.penult.ff.eod.tit.capella Tolosana decisio. 136. quod ab omnibus frequenter recipitur, vt.d.D.Couarru.attestatur.d.c.1.nu.6.in fi. Hæc tamē exceptio cessat quoad bona post cessionem quæsita pro quibus respōdere tenetur nulla obstante exceptione, secūdum.d. D. Couarru d.c.1.nu.6.& Ferd.Vazq. Mencha. de succes-
12 sio.creatio.c.6.nu.51.hęc referens. † Verùm si ignominiosis actibus iuxta loci consuetudinē cessio facta fuerit, non tenebitur cedens soluere debitum quanuis pinguiorem nactus fuerit fortunam, authore Guido-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ne Pape quæstio. Delphina.343. cum satis ea ignominia fuerit punitus, eaque pœna loco solutionis subrogetur argu. gloss. singularis in. c. si cut dignum. §. eos insuper de homicidio, quam sequuntur DD. ibi, maxime Felin. commendat Rom. singula. 24. cui similis est in regula peccatum. de reg. iur. in. 6. quibus probatur, quod punitus pœna corporali in defectum pecuniæ, etiamsi postea bona quæsierit, non teneri pœnam pecuniariam soluere, idem voluit Cœpola cautela. 3. Paul. Ang. & Ialas. numer. 29. & Dec. numer. 26. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omni. iudic. optimus text. in l. sed si vnius. §. sed si ante. ff. de iniur. cuius meminit Bal. in l. si ff. de in ius vocan. cuius ratio est, quia pœna pecuniaria in corporalem mutatur, vt ibidem probat. d. D. Couarr. nu. 6. Ex quo ipse infert veram non esse Guido. sententiam, cum cesio ignominiosa non succedat loco pecuniæ debitæ, nec debitum pecuniarium in eam pœnam mutetur: manet siquidem, vt dixi ciuilis & naturalis obligatio ad debitum integrum exigendum post cesionem factam, quanuis obstet exceptio cesionis, quæ tamen non obstauit, si bona cedenti superuenerint, quare inquit. d. D. Couarru. ex bonis superuenientibus debitum soluere teneri. Sed tamen opinionem Guidonis, eo non citato, sequitur Greg. Lopi in. l. 3. in verbo, Tan granganancia, tit. 15. de cesione bonorum. part. 5. quorum opinio mihi magis probatur, quoniam pudor habetur pro pœna. glo. in. c. si quis. 2. q. 8. text. iuncta gloss. in. l. 4. §. prætor in verbo non inuerecunde agere. ff. de dam. infe. Paris à Puteo, de syndica. versi. 69. incip contumacia. num. 1. & 2. hæc igitur pœna à lege, consuetudine, vel statuto imposita, loco pecuniæ debitæ subrogatur; liberat ergo debitorem, argum. gloss. in. d. c. si cut dignum, & hanc speciem cesionis bonorum hoc asseruit Paris à Puteo, de syndica. verti. 113. incip. quia pluries, num. 9. & 10. vbi probat cesionem ignominiosam esse pœnæ corporalem. † Iure autem regio cesio bonorum liberat debitorem à carcere, non verò à solutione totius debiti. Sed iure antiquo regni huius debitor cæs bonis, vnde creditoribus satisfaceret, tradebatur eis ad seruiendum, donec debitum ex seruitio, seu operis arbitrio iudicis moderandis & taxandis, integrè satisfieret. l. 12. & 17. titu. 20. & l. 2. tit. 8. de los gouiernos, lib. 3. fori, & lex ista. Iure autem regio nouiori debitor ad petitionem creditorū in carcerem missus, ibi detinetur, donec bonis cesserit, & catenæ, vt aiunt, renuntiauerit, quo facto creditori anteriori & antiquiori traditur in eius seruitium cum torque ferreo, quem portare debet in collo, donec operarum æstimatione se liberet à debito, vt dicam in. l. 6. infra eodem, vbi hoc statuitur. & si prior creditor, cui fuerit traditus ad seruiēdum nolueriū cedere cum torque ferreo, alteri sequenti in ordine tradi debet, vt in. l. 8. infra eodem. Quinimo si debitor in carcere seu vinculis per sex menses manserit, eo ipso censebitur cesionem bonorum fecisse. Quare statim tradendus est creditoribus cum torque ferreo ad seruiendum, vt in. l. 7. infra eodem, & cum hac qualitate liberatur à carcere, & deinde si ad pinguiorem deuenerit fortunam, non conuenitur, nisi quatenus facere potest de ducto ne egeat, vt docet D. Coua. dict. lib. 2. resolu. c. 1. numer. 5. Roderi. Xuarez. in. l. 2. tit. 8. de los gouiernos, lib. 3. fori in princip. num. 15. Pet. Nunni. respon. 8. num. 3. Anto. Gomez in. l. 79. Tauri. numero. 2.

14 † Ex quo infertur, in persona liberi hominis esse ius quodam seruitij, ita vt quanuis liber homo non possit pignori dari, nec in priuato carcere detineri perpetuò, vt in. l. 2. C. de patri. qui filios distraxe. l. ob æs. & aut. iimo. C. de actio. & obligationib. authoritate tamen regia, & legum regni huius, ius quodam seruitij & operarum constituitur, non seruitutis: quoniam seruus non efficitur debitor qui bonis cesit, sed traditur creditori vt seruiat, vt in casu simili, notat gloss. in. l. liber captus. C. de capti. & in. l. 1. gloss. vlti. C. qui bon. cede. poss. estque debitor hac in specie apud creditorem, veluti in obsidio, quippe cui libertas non aufertur, sed voluntas cōprimitur, vt notat Ioan. de Plat. in. l. nemo carcerem. n. 23. C. de exactori. trib.

15 lib. 10. explicat Oldrad. con. il. 54. † Ita etiam intelliges gl. in. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. dicentem creditorem seruum esse creditoris, non enim est seruus seruitute ciuili, sed quodammodò seruus, quia seruit, cogiturque operas facere, ex quarū pretio creditoribus satisfaciat, operas, inquam, solitas, non insolitas, arg. i. locum. §. finge. ff. de vsufru. ad exemplum monachi religionem ingressi, qui debita ante ingressum contracta, vt soluat, laborare scribendo, vel alias honestas operas intra monasterium facere compellitur, vt probat Panor. in. c. cum. I. & A. nume. 27. extra, de re iudi. & notatur in. l. pro hæred. §. si quid. ff. de acq. hæred. Petr. Nunni. respons. 8. nu. 7. & ita respondetur ad obiectionem in prin. glo. traditam. Roder. Xua. in. l. 2. tit. 8. de los gouiernos, in prin. nu. 19. lib. 2. fori, quas operas præstare teneatur, dicam in glo. vlt.

GLOS. III.

1 *Operas quas præstare tenetur debitor, qui bonis cessit.*

Vir & vxor vnum sunt corpus, quare non est fraudanda vxor debitoris, propter seruitium quod vir facere tenetur creditori post quam bonis cesserit. ibi.

2 *Vxor quando possit virum vendicare.*

c *Mantengalo, e sruase del:* Quæro quas operas præstare tenebitur qui cesit bonis? & crede eas tantùm teneri impendere, quibus debitor non fraudetur tempore ne cessario ad curā corporis sui, vt in. l. cū patronus. §. vlt. ff. de oper. libert. Luc. de Penna in. l. 1. col. 1. in fi. C. de agric. & cens. lib. 11. Cumque vir & vxor vnum censeantur esse corpus, & vna persona quoad debitum cō iugale, vt in. c. admonere. 33. q. 2. & habetur Genesis. 2. & Matthęi. c. 19. Erunt duo in carne vna, &c. nō poterit creditor tanto tempore debitorē occupare, vt eius corporis copia vxori suæ esse nō possit, vt voluit Petr.

2 Nunn. respons. 8. nu. 10. † Poterit itaq; vxor ad hunc effectū virū vendicare. vt ipse Nūni. probat ex glo. in c. prolatū. 29. q. 2. & in. l. si ex causa. §. Papinia. ff de minor. quibus adde quæ diximus sup. hoc li. in gl. rub. de matrimo. nu. 92. per reliquum autē tempus seruiet

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

creditori, ex cuius operis subducet quod sibi debetur præstitis debitori necessarijs alimentis, vt inquit lex nostra, ibi. *De lo que ganare, mãtengalo razonablemente*, notat glosſ. in. l. vltima. ff. de ope. seruo.

LEY. V.

¶ *La forma que se deue tener, en los que hazen cession de bienes.*

¶ *Don Enrique. III I. En Madrid, año de.* 1458.

¶ Declarando la ley del fuero el Rey don Enrique. IIII. en Madrid, año de cinquenta y ocho, ordeno y mando que aquel que hizierſſe cenſsion de ſus bienes, ſegun forma de la dicha ley, que deſpues que por el deudor fuere hecha la dicha ceſsion, el deudor eſte en la carcel por nueue dias, y aquellos durantes, deſe publico pregõ, como el dicho deudor eſta en la carcel, a peticion de fulano acreedor, y antes que ſea entregado el deudor, el dicho acreedor jure en deuida forma, que lo recibe por ſu deudor ſin ſi mulacion, y ſin cautela, ni fraude, y el juez limite tiempo al deudor que ha de ſeruir al acreedor.[a] Y que feneciẽdo el tiẽpo del primero acreedor, el dicho deudor ſea entregado a otro acreedor, por el deudo que pareciere que le fuere deuido.

GLOS. I.

Ceſsio bonorum cum ſit iuxta ius noſtrum regium, quomodo taxandæ ſunt operæ per iudicem cuilibet creditori.

a *Y el juez limite el tiempo al deudor que ha de ſeruir al acreedor.* Iudex præfigere debet tempus ſeruitij, cuilibet ex creditoribus, taxareque operas debitoris deductis alimentis neceſſarijs, quo tempore elapſo, alteri creditori tradendus eſt ad ſeruiendum, vt dixi in. l. præcedenti. Quibus autem caſibus locus ſit ceſsioni bonorum, tradit Laſo in. §. vlti. inſti. de actio. nu. 11. & ſequent. & d. D. Couar. lib. 2. reſolutio. c. 1.

LEY. VI.

¶ *Para que los que hizieren ceſsion de bienes, o renunciaren la cadena, traygan vna argolla de hierro al peſcuezo.*

¶ *Don Fernando y Doña Yſabel en Cordoua año. de.* 1490. *a.* 26. *de Iulio, pragmatica.*

¶ Qualquier mercader, o cãbiador, o otra qualquier perſona que hiziere ceſsion de bienes, y renunciare la cadena,[a] por qualquier o qualeſquier deudas q̃ deua a qualquier, o qualeſquier cõcejos, y perſonas de qualquier eſtado o cõdiciõ preeminẽcia o dignidad q̃ ſeã.[b] deſde luego, ante el juez o alcalde q̃ hiziere la ceſsion de bienes, y renunciacion de la cadena, dende en adelante haſta que ſe parta de la tal ceſsion, o de fiança de pagar a ſus acreedores, realmẽte y con efecto, aya de traer y trayga al cuello vna argolla de hierro,[c] tan gorda como el dedo, y cõtinua y abiertamẽte ſobre el collar del jubon, y ſin cobertura alguna ſo breella, y ſino la traxere en la manera q̃ dicha es, que cada y quãdo que fuere hallado ſin ella, o la traxere encubierta, q̃ pueda ſer y ſea preſo y pueſto en la carcel publica, y ſe haga la execucion en ſu perſona y bienes, y que no goze de la ceſsion de bienes,[d] y renunciacion de la cadena que hizo. Y que los acreedores, a cuyo pedimiẽto ſe hizieren las execuciones, ſe prefieran y ſean mayores en derecho para cobrar ſus deudas primero que aquel a quien fue entregado[e] quando hizo la ceſsiõ de bienes.

GLOS. I.

Renuntiatio cathenæ, quid ſignificet? Ceſsio bonorum carcerem euitat. ibi.

a *Y renunciare la cadena.* Ideſt, abiecerit à ſe cathenã ſeu vincula & carcerem, per ceſsionem enim bonorũ euitat quis carcerem & vincula, vt dixi ſupra eo. l. 1. glo. 2. nu. 5. & hoc præſefert renuntiatio cathenæ.

GLOS. II.

Cedere bonis poteſt debitor fiſci, & cuiuſcunque alterius priuilegiati debitor.

b *Preeminencia o dignidad que ſean.* Nota tex. ſingularẽ, ceſsioni bonorum locũ eſſe & in debitore fiſci, quod negabat

negabat Bar.in.l.1.ff.de cesio.bono.& Bal.in.l.1.nu. 5.C.qui bon.ced.poss.Ang.& Iaso.nu.14.in.§.vltim. insti.de actio.cum aliis ibi citatis, nã lex ista pro quocunque debito dicit locum esse cesioni, de quo latius in.l.sequent.

GLOS. III.

1 *Cesio bonorũ iure regio fit per actũ ignominiosum.*

2 *Cedens bonis iure regio traditur cum torqueferreo in collo ad seruiendum creditoribus vnicuique, iuxta antiquitatem, vel priuilegium.*

Maritus cedens bonis, an tradatur vxori pro dote, vel alimentis ad seruiendum cum torqueferreo? vel an cæteri creditores ei præferantur? ibid. & seq.

Lex generalis restringi debet, ne sequatur absurdũ, ib.

3 *Maritus cum conuenitur ab vxore constante matrimonio pro dote non habet beneficium ne cõueniatur vltra quam facere possit.*

Maritus iure regio tradi debet vxori pro dote absque torqueferreo pro tempore a iudice taxato, ibid.

c *Al cuello vna argolla de hierro.* Lex nostra probare videtur cesionem bonorum fieri posse per actum ignominiosum contra id, quod diximus supra eo.l.4. glos. 2.num.7.& forte hoc statutum est in odium eius, qui cesionem facit, fidemque frangit, nolens creditoribus satisfacere, de quo in.l.sequen. opportunius disseremus. † Dicitur in hac lege debitorem, qui bonis cesit, tradendũ esse creditoribus cum torqueferreo in collo, vt seruiat vnicuique iuxta debiti antiquitatem vel priuilegium, & si quis eorum sine torque eum incedere dimiserit, tradi debet alteri, qui post primũ sequitur, quid autem fiet, si vxor liti & causæ creditorum se opposuit, dicens esse in dote præferendam, & ita iudicatum fuit, vt ipsa preferretur. an cesione per maritum facta bonorum, possit aut debeat cum torqueferreo vxori tradi, vt illi seruiat, Petr. Nunnius Auendaño in respons. 8. discutit hanc quæstionem, & denique concludit, nullum ius habere vxorem, vt pro dote nec alimentis vir ei cum torqueferreo tradatur ad seruiendum, vel operas præstandum, quæ vxori à viro nullomodo debentur etiam pro alimentis, licèt vxor marito præstare teneatur, vt inquit idẽ Pet. Nunni. ibidem, nume. 8. & indecorem esset, imo absurdum, vt vir vxori traderetur ad seruiendum, & cõtra omnem honestatem & reuerentiam. At lex generalis restringi debet, ne sequatur absurdum, secundùm Bart. in.l.furti.§. pactus. ff. de his qui notan. infam. & quæ contra honestatem sunt, non dicuntur fieri posse, vt in.l.si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de libe. agnoscend. & l. filius. ff. de condi. instituen. Quare resoluit Nunnius. d. respons. 8. nu. 9 virum hac in spe-
3 cie creditoribus non vxori esse tradendum. † Sed iudicio meo hoc verum non est, nec seruatur in praxi, sed contrarium, traditur enim vxori pro dote, vt ei operas, quæ à iudice taxatæ sunt, præstet, nec eo tempore debet incedere cum torqueferreo, propter reuerentiã ab vxore sibi debitam. Iniquum enim esset, vxorẽ dote fraudari sibi debita, & creditores posteriores ei in operis à debitore præstandis præferri, & tum potissimum cum certum sit, maritum non habere beneficiũ ne conueniatur vltra quam facere possit deducto ne egeat, cum dos constante matrimonio propter viri inopiam repetitur, secundùm gloss. & DD. in.l.vbi adhuc. C. de iure doti. Bart. in.l.maritum. ff. de solut. matrim. quem cæteri sequuntur. Quod autem de reuerentia & absurditate diximus, in fauorem mariti statutum est, cui iuri in eius gratiam inducto potuit renuntiare, vt in.l.si quis in conscribendo. C. de pact. & l.si quis in conscribendo. C. de epis. & cleri. conducet tamen, vt eo in tempore sine torqueferreo incedere possit, quicquid in oppositum dixerat Auilesius in c.18. prætorum, in glo. magna. nu. 7. vbi per. 12. colum nas quæstionem discutit pro vtraque parte, & concludit debere tradi vxori, sed cum torqueferreo.

GLOS. IIII.

Cedens bonis debet ferre torquemferreum, aliàs nõ gaudet beneficio cesionis, nisi vxori fuerit traditus.

d *Y que no goze de la cesion de bienes.* Nota debitorem qui bonis cesit, si non incedit cum torqueferreo in collo super thoracem, vt ab omnibus cerni possit, non gaudere beneficio cesionis, sed posse iterum in carcerem mitti. Quod tamen fallit, quando vxori traditus est pro dote, arrhis, vel bonis paraphernalibus, quoniam tunc sine torqueferreo ei tradi debet, vt dixi supra in gloss. præcedenti in fine, contra Auilesium, & Petr. Nunnium. Sed contra regulam opponitur de. l. seq. vbi dicam.

GLOS. V.

Lex nostra optimè explicatur.

Creditor primus qua ex causa amittat ius prælationis, ibi.

e *Primero que aquel a quien fue entregado.* Nota, q̃ si debitor non defert torquemferreum in collo super thoracem, ita vt videri possit postquam bonis cesit, is cui primum traditus est, amittit ius prioritatis debiti & acquiritur sequenti. Quod fallit in vxore, vt dixi in gloss. 3. in fin. & non solum procedit quod hîc dicitur quoad operas debitoris, ex quibus debito satisfacere posset, verumetiam, quoad bona quæ postea acquisierit, patet, cum ait, para cobrar sus deudas primero, quę verba generalia sunt, ita vt restrictionem non patiantur, non tamen vt debitum omnino amittat, sed prioriratem & priuilegium prælationis, postquam verò satisfactum fuerit omnibus creditoribus, ille cui primo traditus fuit residuum exiget à debitore, & sic in pœnam ex priore fiet posterior.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

LEY. VII.

¶ *Lo que se ha de hazer quãdo el deudor estuuiere preso, y no quiere pagar, ni renũciar la cadena.*

¶ *Don Fernando, y doña Isabel en Granada, año de 1501. a. 18. de Otubre.*

¶ Qualquier persona que estuuiere preso por deuda, pague y cumpla todo lo que es obligado a sus acreedores dentro de seys meses, despues de liquidada la deuda. [a] Y si dentro de los dichos seys meses no cumpliere, sea obligado a renunciar la cadena, [b] y si no la renunciare passado el dicho termino, nos la auemos por renunciada. [c] Y las nuestras justicias, hechas las diligencias que la ley manda, [d] aunque el no renuncie la cadena, le entreguen y hagan entregar al acreedor que primero segun derecho deua ser pagado, [e] para que le sirua por la deuda que le deuia, segun la forma de la dicha ley, y dende en adelante a los otros, como si ouiesse renunciado la dicha cadena. Y ansi lo juzguen y determinen de aqui adelante, como en esta nuestra ley se contiene. Y mandamos, que con los que assi por virtud desta dicha nuestra ley han de ser entregados a sus acreedores, se guarde y execute la ley susodicha, que habla de la manera que han de tener en el traer de la argolla, [f] como si ellos mismos ouiessen renunciado la cadena de su voluntad. Y mandamos, que lo de suso contenido se guarde y execute, ansi en los que al presente estan presos, o deuen, o deuieren adelante qualesquier deudas, y que assi lo juzguen y determinen las nuestras justicias.

GLOS. I.

Sex menses qui constituuntur, intra quos tenetur debitor in carcere detentus cedere bonis, à quo tempore incipiant.

a *Despues de liquidada la deuda.* Nota, quòd sex menses, qui in hac lege præscribuntur, intra quos tenetur debitor in carcere detentus cedere bonis, currunt à die factæ liquidationis totius debiti. Et sic poterit debitor ipse manere in carcere biennio & triennio, & non cogetur cedere bonis, donec lis cum creditoribus definiatur, & debita omnia liquidentur, & quilibet ex creditoribus eius suo loco constituatur iuxta autoritatem vel priuilegiũ debiti sui, vt dicam infra eo. gl. 5. & postquam sententia transierit in rem iudicatam incipiunt currere sex menses, vt hîc dicitur.

GLOS. II.

1 *Cessio bonorum iure regio non solum fauore debitoris, sed & creditorum introducta.*

2 *cessio bonorum elapsis sex mensibus, quibus debitor fuit in carcere detentus, debet inuito debitore fieri, & tradi creditoribus cum torqueferreo ad seruiendum.*

3 *Decoctores, an gaudeant beneficio cessionis bonorum? & quid iure regio?*

4 *Debitor qui culpa sua factus est non soluendo, an possit cedere bonis?*

5 *Cessionis bonorum beneficio, an renuntiari possit iure communi?*

6 *Renuntiatio cessionis bonorum, an valeat iure regio?*

7 *Cessioni bonorum locus nõ est in his, qui habent beneficium ne conueniantur vltra quam facere possunt, & qui sint isti remissiue?*

8 *Cessionis beneficium quare iure regio confertur in inuitum?*

Beneficium quando confertur inuitum, ibi.

9 *Cessionem bonorum, an facere possit conductor reddituum regalium?*

b *Y si dentro de los dichos seys meses no cumpliere, sea obligado a renunciar la cadena.* Nota legem singularem, cessionem bonorum iure nostro regio non esse introductam fauore, duntaxat debitoris, sed & fauore creditorum contra omnia iuris vtriusque principia. Nam si beneficium esset debitoris, non conferretur in inuitum. l. inuito. ff. de regul. iur. l. hoc iure. §. non potest ff. de donatio. * Leges itaque Regiæ (præcipientes
2 debitorem, qui bonis cessit tradi debere creditoribus cum torqueferreo in collo supra thoracem, vt creditoribus seruiat, vt in. l. præcedenti, quodque si sex mensibus post liquidationem debiti manserit in carcere, cessionem bonorum teneatur facere, vel si non fecerit, ipso iure facta esse censeatur, vt cum torque ferreo prædicto tradatur creditoribus ad seruiendũ) hunc scopum habuisse intelliguntur, nempe, vt creditores debitis sibi non fraudentur, nec eorum solutio differatur: sed debitores tedio, vel pudore affecti solutionem faciant, & congruam debiti satisfactionem.

Ita

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Ita vt ſi cum hac conditione beneficium eſſe putauerint, ante prædictos ſex menſes ceſsionem voluntariè facere poſsint, & ſic carcerē effugere, & deinceps pro debito moleſtari non poſsint, & ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint conueniātur, quatenus facere poſsint deducto ne egeant, vt in gloſsis præcedentibus probauimus. Quòd ſi ceſsionem facere recuſauerint, eligantque manere in carcere, compellantur elapſis ſex menſibus ceſsionem facere, & tradantur ignominioſe cū torqueferreo creditoribus ad ſeruiendum forma prædicta, vt ex operibus ſuis creditoribus ſatisfiat. † Ex quo primò infertur ad quæſtionem de decoctore, an gaudeat beneficio ceſsionis bonorum, in qua quæſtione Bald. conſil. 400. num. 4. lib. 5. reſpondit propter dolum non gaudere huiuſmodi beneficio, in hæc verba, falliti ſunt infames, & infamiſsimi, & more antiquiſsimæ legis deberēt tradi creditoribus laniandi. Adeò quòd propter dolum ſuum non videntur beneficium ceſsionis habere: quod eſt ſubſidium miſerorum, ſed non præſidium doloſorum, facileſque ſunt ad mentiendum & colludendum, & à communiter accidentibus falliti ſunt deceptores & fraudatores, præſumiturque omnibus ineſſe, quod omnibus eſt commune. Hactenus Bald. quem referunt & ſequuntur Ioan. Bapti. Seuerinus in tractatu de ſuſpect. & fugiti. quæſtio. 1. num. 13. & Nicola. Boerius deciſio. 215. Paul. Pariſ. conſil. 94. nume. 10. & ſequenti. libro. 1. & melius & latius cæteris omnia eius verba explicans Benuenutus de Straccha in libro de decoctoribus. 3. par. numer. 1. & ſequentibus, & maximè numer. 9. vbi de amiſsione huius beneficij tractat, citatquè Bald. idem tenentem in. l. 1. nume. 8. C. qui bon. ced. poſſe. & Barto. in. l. alia. §. eleganter in fin. ff. ſolu. matrimo. Iaſo. in. §. vltimo, numer. 8. & ſequen. inſtitu. de actio. & numer. 18. Paul. Pariſ. vbi ſupra numer. 11. & ſequenti. vbi latè, & Nicola. Boeri. deciſio. 349. col. antepenultima, ex quibus conſtat hanc eſſe communem opinionem. Sed nihilominus iure noſtro regio locus erit ceſsioni bonorum tranſactis ſex menſibus poſt liquidationem debiti, vt in. l. noſtra ſtatuitur, quod prudentiſsimè conſtitutum fuit, vt debitores pudore affecti curent debita ſoluere, & creditoribus ſatisfacere, ne aliàs cogantur torquemferreum in collo deferre, & antea ſi debitor velit, eo quòd per legem. 9. infra eodem in debito ex delicto deſcendente ceſsioni locus eſt, vt ibi dicam. † Idemque erit in his, qui ſua culpa facti ſunt non ſoluendo eadem ratione, licèt iure communi hoc beneficium eis negabatur, vt in. l. ſed interdum in fi. & l. eum qui. ff. quod cum eo Paul. Pariſ. conſil. 94. numer. lib. 1. Benuenutus de decoctori. partit. 3. numer. 13. †. Infertur etiam ad quæſtionem, an renunciari poſsit huic beneficio ceſsionis bonorum, & magis communis opinio eſt, vt renuntiari non poſsit, ne perpetuo carceri quis obligetur pro debito pecuniario: eſſetque quædam præciſa ſeruitus, ad quam liber homo ſe aſtringere nequit. l. 2. ff. de liber. homi. exhibend l. Titius. §. Titio ff. de conditionibus, & demonſtrationib. notant gloſſ. & doctores in. l. antiquitas, C. de vſufruct. quamobrem huiuſmodi renuntiationem eſſe inualidam exiſtimant Ricard. Malum. Dyn. Bartol. Alberic. & Imola, in. l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. Cyn. quæſtione. 6. & Salicet. num. 9. in. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Faber in. §. vltimo inſtituta de actioni. Alexand. conſi. 37. numero. 6. libr. 2. Panormita. & alij in cap. Odoardus de ſolutioni. quorum opinio communis eſt ſecundum Domi. Didac. Couarru. in cap. quamuis, pactum partit. 2. in princip. numer. 6. Ripam in. l. obligatione generali, numero. 33. ff. de pignorib. Alciat. in capit. cum contingat, nume. 69. de iureiuran. eundem domi. Didac. Couarru. libr. 2. reſolutio. capi. 1. nume. 7. eandem tenet, & communem dicit Ferdinandus Vazquez de ſucceſsionum creatio. §. 22. num. 79. Alij autem ſunt in contraria ſententia, vt renuntiari poſsit ceſsioni bonorum, hi ſunt Federi. conſil. 60. Felin. in capi. ex reſcripto. numero. 11. de iur. iur. & in capit. ſi diligenti. colum. 2. de foro competen. Rota in antiquis deciſio. 565. Alciat. in dict. cap. cum contingat, numero. 69. Angel. Roma. & Alexand. in. d. §. eleganter. Imol. in capitu. cum contingat, nume. 32. de iure iurando. Guido Delphinatus quæſtion. 211. Ripa in dict. l. obligatione, nume. 33. Moline. de contractib. quæſtio. 36. dict. D. Couarru. dict. cap. 1. lib. 2. reſolutio. per. l. vltimam. ff. qui bon. cede. poſsint, vbi tacite quis poteſt ceſsioni bonorum renuntiare, ergo à fortiori expreſſe. Taciti enim, & expreſsi idem eſt iudicium. l. cum quid ff. ſi certum petatur. † Iure tamen noſtro regio hac quæſtio expeditiſsima eſt, ſi enim creditores volunt non valebit renuntiatio, cum in eorum fauorem inducta ſit ceſsio bonorum, & renuntiatio catenæ, vt probauimus numero. 1. & 2. poſſunt enim elapſis ſex menſibus debitorem cum torqueferreo accipere, vt eis ſeruiat, & ex operis ſuis debita perſoluat, vt in hac lege ſtatuitur. At eis conſentientibus valebit renuntiatio ceſsionis, cum in eorum fauorem inductum ſit hoc beneficium, & non in fauorem debitoris dumtaxat, prout ſtatutum erat iure communi. Sed velint nolint debitor & creditores, ſi per ſex menſes in carcere debitor manſerit, debet eis tradi cum torqueferreo ad ſeruiendum. † Cæterum ceſsioni bonorum locus non erit in caſibus, in quibus debitor conueniri non poteſt vltra quam facere poteſt, quos enumerat text. in. l. 1. titul. 15. de ceſsione bonorum partit. 5. & ibi Gregorius Lupi in verbo, padre, o abuelo, & l. ſunt qui, & legibus ſequentibus. ff. de re iudicata. ita hanc materiam limitat text. in dict. l. 1. & Iaſo latè in. §. vltimo, inſtituta de actioni. qui aliàs tradit limitationes, quas reduces ad regulam, quam ex lege noſtra deduxi numero. 1. & 2. ſupra. † Sed vt conſtat ex his, quæ in hac gloſſ. diximus, negari non poteſt, quin ceſsio bonorum ſit beneficium debitoris, ſi eo vti velit, licèt iure regio introductum ſit etiam in fauorem creditorum, quare beneficium confertur poſt dictos ſex menſes in inuitum. Regula enim illa fallit, quando ex illo beneficio tertius commodum, & intereſſe conſequitur, vt quando quis ſoluit pecuniam, quam ego alicui debebam, poteſt enim me inuito pro me ſoluere, quia agitur de intereſſe creditoris, cui ſoluit. Et in expenſis factis pro infirmo aliquo, & in alijs ſimilibus ſpeciebus, quas Decius refert, in dicta

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

regula inuito. ff.de regul.iur. atque ideo beneficium cessionis (si beneficium hodie dici potest) confertur elapsis sex mensibus in inuitum, cum ex hoc commodum sentiant creditores, vt diximus. † In reddituum
9 regalium conductoribus non est locus cessioni bonorum, nec in eius fideiussoribus, vt in.l.5.tit.9. de conditionibus generalibus, infra lib.9. Elapsis tamen sex mensibus cessioni locus erit, vt hic dicitur.

GLOS. III.

1 *Cessio bonorum censetur ipso iure facta in casu legis nostræ.*

2 *Factum fuisse fingitur quod quis facere non vult id ad quod tenebatur.*

c *Passado el dicho termino, nos la auemos por renunciada.* Si postquam sex mensibus post liquidationem debiti seu æris alieni debitor manserit in carcere, tenetur renuntiare catenę & bonis cedere, quod si facere noluerit, ipso iure facta esse cēsetur cessio, ita vt statim tradatur cum torqueferreo in collo supra thoracē creditoribus ad seruiendum, quod ideo fit, quia pudore affecti debitores bona sua non cedent, sed creditoribus ex eis vel alijs ab ipsis quæsitis satisfaciant, & hac ratione cogitur debitor inuitus bonis cedere, vt
2 latius dixi in gloss. præcedenti. † Et nota hic optimum remedium ad compellēdum aliquem ad factū, ad quod præcise etiam seruus compelli nequit, licèt excorietur, vt in.l.cum proponas.C.de hæredib. instituen. vt lex fingat fuisse factum, quoad iuris effectus eosdem, qui si vere factum fuisset resultarent. Sic inuenies fieri in multis iuris articulis, in quibus factum fuisse, quod non factum fuit, fingitur, vt deduces ex Bar.& docto.in.l. si is qui pro emptore.ff. de vsucap. & quæ diximus supra hoc libro. tit.7. de maioratu.l. 8.glos.1.num.9.10.11.& sequen.

GLOS. IIII.

Cessio bonorum vt fieri possit, quæ requirantur? remissiuè

d *Hechas las diligencias que la ley manda.* Lex.4.5.&.6. supra eo.vbi dixi quid requiratur, vt cessio bonorum fieri possit, in primis liquidatio debiti cum omnibus creditoribus, qui debent citari saltem per preconium vel edicta, si sunt absentes, deinde debet tradi debitor creditori antiquiori cum torqueferreo, vt illi seruiat iuxta iudicis taxationem & moderationem, & fieri debent alia, quæ in dictis legibus diximus,

GLOS. V.

1 *Depositum cuius dominium in depositarium nō fuit translatum, omnibus præfertur.*

2 *Funeris impensa quibus præferatur.*

3 *Creditores hypothecarij expressam vel tacitam hypothecā habentes alijs præferuntur, & qui prior est tempore alteri præfertur, quod extende & limita plurifariam, remissiuè.*

4 *Dos mulieri debita, in quibus casibus alijs debitis præferatur.*

5 *Fisci debitum quibus præferatur.*

6 *Venditæ res nō sunt pro pretio obligatæ, nisi expresse dictum sit, & tunc omnibus creditoribus præfertur venditor, & nu.7.*

8 *Venditor rei solutioni pretij obligatæ, an doti præferatur?*

Lex.28.29.30.titu.13.de pignor.partit.5. explicantur.ibi.

9 *Decoctori qui fugiendi consilium inierat, merces venditæ habita fide pretij non acquiruntur quoad dominium.*

Decoctor quando dicatur consilium fugiendi iniuisse.ibi.

10 *Hypotheca tacita quibus casibus eōtrahatur, remissiuè, & quando præferatur.*

11 *Creditor hypothecarius ex instrumento cōfessionis antiquior, an præferatur ei, qui verè numerauit?*

12 *Hypothecarius creditori per chyrographū antiquior an præferatur creditori ex instrumento publico iuniori?*

13 *Creditores priuilegiarij quibus præferātur, & nu.14*

15 *Creditores chyrographarij & personales quando & quo ordine admittantur.*

16 *Creditor hypothecarius antiquior, an reuocet pecuniam iunioribus solutam, & bona fide cōsumptam?*

c *Al acreedor que primero, segun derecho, deue ser pagado.* Quoties causa prælationis creditorum agitur, in primis præfertur, qui rem aliquam vel pecuniam in sacco deposuit, si res extat, eam siquidem poterit vendere, tanquam dominus qui eam deposuit. Hic enim præfertur omnibus hypohtecarijs & priuilegiarijs, vt in.l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. l. 9. tit. 3. de depositō partit. 5. in fin. &.l.11. in fin. titulo. 14. de solutionibus, par. 5. l. procuratoris. §. plane, versiculo sed si dedi. ff. de tributo. l. cum fundus. §. seruum tuū. ff. si certum petatur. l. si quid tamen. C. qui potio. in pigno. habeantur. Bald. & Salicet. vltima quæstio. in l. fina. C. depos. Paul. Castren. in. l. si hominē. §. quoties. ff. depos. Benuenutus de Straccha de decoctoribus, vltima par. numero. 2. &. 3. † Secundò loco præfertur funeris impensa necessaria omnibus creditoribus etiam expressam hypothecam habentibus, & doti, vt in.l. penultima. ff. de religio. & sumpti. funer. l. final. §. in computatione. C. de iure deliberandi. §. vltimo instituta de lege Falcid. l. 12. titu. 13. de sepulturis, & sumptibus funerū in verbo, deudas & ibi Greg. Lupi. par. 1. tex. etiā in. l. 3. tit. 13. de pignori. part. 5. &

ibi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ibi etiam Gregor.Lupi in glos.vlt.Ego autem probauioppositum,imo quòd nullis creditoribus præferatur impensa funeris, iuxta ius regium nouissimum in l.vltim.per tex.ibi in glo 3.num.3.&.4.tit. 6. de meliorationibus supra hoc libro,vbi latè explicaui materiam expensæ funeris,ibi videre licebit, quare hîc nō
3 repeto. † Deinde præferuntur creditores hypothecarij habentes expressam vel tacitam hypothecam,inter quos,qui prior est tempore præfertur posteriori. l.2. &.l. cum rempublicam,&.l.eos. C.qui potio.in pign. habean.l.1.C.si propter publi.pensita.l.27.ti.13.de pigno.p.5. Cui regulæ tradit tredecim ampliationes,& viginti & sex limitationes,Ripa in.l.priuilegia. num. 4.5.& sequentibus.ff.de priuileg.credi.Anton.Negusantius in eleganti tractatu de pignoribus in.2.membro quintæ partis, & aliqua addit Benuenu.de Straccha in tracta.de decoctoribus vlt.part.num. 11. 12.& sequentibus.l.27.28.29.&.30.tit.13.de pignor.par. 5.
4 † Solum de his,quæ ad dotem pertinent aliqua breui calamo referam ex his,quę eleganter,docteque tradit dom.Did.Couar.lib.1. resolutio.cap.7.vbi resolit ꝙ hypotheca expressa pro dote ex conuentione competens nō præfertur expressæ hypothecæ priori. Tacita autem hypotheca pro dote à lege competens,iuxta.l. vnicā.§. & vt plenius.C. de rei vxo.actio.&.§.fuerat. insti.de actio.præfertur priori tacitæ,non tamen prio ri expressæ,præfertur tamen posteriori expressæ.Hæc probat ipse ex glo.in.l.assiduis. C.qui potio. in pign. hab.& doctoribus,ibidem ex.l.23.&.13. tit.13.de pig. par.5.vbi Greg.Lup.Ant.Gomez.in.l. 53. Tauri. nu. 37.38.39.&.40 dicentes,hanc esse receptiorem senten
5 tiam. † Et idem per omnia dicendum est in fisco, vt in.l.29.&.33.tit.13.par.5.& ibi Grego.Lupi in gloss.2. causa dotis & fisci inter se pari passu ambulant, inter quos sumitur prælatio ex tempore,vt in.l.2.C. de priuileg.fisci,&.l.dotis.C.de iure doti.& si eadē die fuit facta vtriusque obligatio, & non apparet quæ sit anterior,præfertur causa dotis.l.in ambiguis. ff. de reg. iur.hæc omnia probat Greg. Lupi.in.d.l.33. glo.2. tit. 13.de pigno.par.5. Quid autem si non constet de vera numeratione dotis,sed per confessionem mariti duntaxat?tractat optimè dom.Did.Couarr.lib.1. resolut. cap.7.à numero.4.vsque in finem.Anton.Gom.in.l.
6 53.Tauri.numer. 52. & sequent. † Sin autem merces habita fide pretij venditæ extant,non sunt reddendæ venditori, quia non sunt pro pretio singulariter obligatæ,sed dominium earum est translatum in emptorem,quare cùm in creditum abierint, creditores hypothecarij præferuntur, vt in.l.procuratoris.§.si plures. versi.sed si dedi.ff.de tributo.l.quidam fundum.ff.de in rem verso.Bar.& alij communiter in.l.cum dotem. §.vlt.ff.solu. matri. vbi Alex. hanc esse communem fatetur, idem fatentur eam sequuti Iaso.in.l.creditor 1.ff.si cert.peta.Ripa in.l.si ventri.§.in bonis.num.6. &seq.ff.de priuileg.credi.Anton.Negusan.de pigno. 4.par.numero.35.&.36.& in.2.membro.5.partis. nu. 13.Zasi.in.l.quod quis.ff.de priuile.credi.dom.Dida. Couarr.lib.1.resolu.cap.7.num.3. versic. cui & illud accedit.& Benuenu.de Straccha,de decoctoribus vlt. par.numer.5.contra Bal.in.l.pro debito.C.de bon.au tho iudi.possid.& in consilio.400.numer. 8.libro. 5.
7 & consi.432.lib.1.† Quem tamen Sali.in. d.l. pro debito intelligit,vbi venditores sibi cōsuluissent,vt vēditæ res sibi obligatæ essent specialiter, quòd totum pretium solueretur, tunc nimirum venditores creditoribus etiam anterioribus præferentur,iuxta text.in l.licet.C.qui potio.in pigno.habe.l.quanuis.2. C.de pignor.l.30.prope finem,tit.13.de pignoribus part. 5. Franc.Curt.apud Alex.in.d.l.si cum dotem.§.fin. ff. solu.matrim.Iaso.in.l.qui Romæ.§.Calimachus. nu. 5.ff.de verb.obliga.Ant.Negusan. de pignoribus. 2. membro.5.partis.num.19.& sequen.Benuenutus, de Straccha,de decoctori.vltim.par.num.5.vbi cum Negusantio.de pigno.4. par. numer. 55. discutit,an satis fit, quòd in eodem instrumento hæc hypotheca subijciatur post traditionem? an verò exigatur, quod fiat ante vel in ipsa traditione? & concludit cōtra Negusantium satis esse etiamsi post traditionem pactum subijciatur,idem voluit Carol.Ruyn.cons.214.num.
8 10.lib.1. & Curt.Iunior. cons.146.& seq. † Et licet venditor,qui hoc pactum apposuit cæteris creditoribus hypothecarijs anterioribus præferatur, vt dixi, non tamen præferretur mulieri tacitā vel expressam in dote hypothecam habenti,per tex.insignē in auth. de æqualita.dot.§.his consequens est,collatio.7.vt ex eo colligit ibi Accurs. in verbo,agrum,Specul.in tit. de obliga.& solutio.§.1.numer. 45.Bart. Alberi.Falgo.& Salice.in.l.interdum.ff.qui potio.in pign.hab. Paul.& Iaso.in.l.creditor.1.ff.si cer.pet.Mattō.Affl. decisio. Neapol.306.dom.Did. Couarruu.hanc communiorem esse & in praxi receptam attestatus libr.1. resolu.cap.7.num.2.&.3. Contrariam tamen sententiam tenuit Grego. Lupi in.l.30.in verbo,el postrimero,tit.13.de pign.par.5.argumento eiusdem legis, quæ hunc casum dotis non excepit,prout lex.29.&.28.præcedētes, nec ex eis posse ad speciem nostram inferri, quandoquidem in eis,res refecta, vel pro qua conseruanda fuit impensum, erat iam sub hypotheca mulieris à principio,hoc verò casu.de quo agimus,non fuit enim hypotheca conuentionalis bonorum præsentiū & futurorum, vnde in bonis postea quæsitis emptis ex pecunia alicuius cum pacto hypothecæ, nimirum qui sic credidit,si omnibus creditorib⁹ anterioribus, atque etiam mulieri & fisco,in istis præferatur,quod iustum esse asseuerat ipse Gregor.Lupi,idemque voluisse refert Bald. Nouellum de dote.10. par. num.3. idem etiam voluit Negusan.de pignor.par.5.2.membro.num.17.Cœpola cautela.124.& hæc mihi æquior
9 videtur opinio. † Cæterum si cùm mercator iam consiliū fugiendi inijsset,merces ab alio emit mercatore, qui habita fide pretij ei merces tradiderit, præsumitur.præcedentem dolum causam dedisse fidei habēde de pretio, atque ideo venditionem irritam fuisse, & consequenter mercium dominium non fuisse translatum, vt scribit Angelus, & Alexander in. l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solato matrimonio. Si igitur dominium translatum non fuit in emptorem, consequitur venditorem creditoribus omnibus, etiam hypothecarijs præferendum, huius sententiæ fuit Anto. Negusan. de pignori.in.2.membro.5.partis. numero. 8.aliàs.13.vbi citat idem voluisse Veronēsem in cautelis pag.16.vulgaris colum.1. idem censuit Benuenu.de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Straccha de decoctoribus.3.par.numer.31. idem asserens sine dubio, vbi res tradita nõ fuit verè vel fictè. Tunc autem censebitur consilium fugiendi initum, cùm id ante dixerat decoctor coram aliquibus, iuxta sententiam Accursij in.l. Fulcinius. §. quid sit autem latitare in verbo, animas.ff.quibus ex cau.in possess. & Ang.in.d.l.si cum dotem.§.si mulier.ff.solu.matri. vel si ex breuitate temporis, & vicinitate contractus & fugæ hoc colligatur arg.tex.in. l.si.ventri.§. in bonis, & quod ibi dixit Ripa. ff. de priuileg. credi. quibus adde tradita per Dec. consil. 182. in fin. & multa similia congregat Marsil. consilio. 48.numero. 31. & seq. & in.l.statu liberi. numer.5.vsque in finem.ff.de quæstio. & in eius pract.crimi.§. nunc videndum.nu. 33.vsque ad num.44.Alciat.de præsump.in.3. regula. versi.9.præsumitur.num.23. & versic.10.præsumitur. num.8.cum concordan. à Tiraq. traditis libr.1.de retractu.§.1.glo.7.num. 76. & seq.pag. 96. & deinceps, quibus adde congesta per Benuen.de Straccha, de decoctoribus, part.vlt.num.33. & sequen.† Hypothecas tacitas habentes enarrantur in.l.23. & sequen.tit.13.de pignor.part. 5.& per totum titulum. ff.&.C.in quib. cau.pign.vel hypo.taci.cõtra. Quilibet iuxta antiquitatem & anterioritatem deberi, & hypothecæ tacitæ præfertur posteriori, etiam habenti expressam, vt in.l. 1.C.si prop.publi.pensi.Rip. in.l.priuilegia.n.5.ff.de priui. cred. Fallit in hypothecis tacitis priuilegiatis dotis & fisci, in quibus obserua quod supra diximus.

11 †Hoc tamen vnum est ante omnia aduertendum, nullam esse differẽtiam in expressis hypothecis, an sit pecunia numerata, vel sit instrumento cõfessio de recepto cum renuntiatione non numeratæ pecuniæ? vtroque enim casu qui prior est tempore præfertur posteriori, vt voluit Ripa in.l.priuilegia.numer.23. ff.de priuileg.cred.quæ sententia in praxi recepta est, licèt Greg.Lupi tenuerit contrariam in. l. 27.in glo. magna, versic. & signanter nota vnũ.

12 † Nec refert, an per instrumentum publicum? an per priuatum hypotheca constituatur? modò priuatum contineat trium testiũ subscriptionem & alia contenta in.l.scripturas.C.qui potio.in pigno.habean.& in.l.31.titul.13.par.5.de quo per dom.Did.Couarru.lib.practica.quæstio. cap. 22.

13 num.5. †Post hypothecarios creditores priuilegiarij sequuntur.l.sed an hic.ff. quod cum eo.l. ex facto in fin.ff.de pecul.l.deferre.§.fi.ff.de iure fisci.in quibus non ordo temporis inspicitur, sed causæ. l. priuilegia ff.de priuileg.cred. & si eiusdem tituli fuerint concurrunt, licèt diuersitas temporis in his fuerit.d.l. priuilegia.l.11.tit.14.de solutio. &.l.2.tit.15.de cessione bonorum par.5.nisi quatenus lege cauetur, quòd vnum priuilegium alteri præferatur, secundum Azo.in summa.C.de bon.auth.iudi.poss.glo.& DD.in.d.l.priuilegia Greg.Lupi in.l.12.glo.vlt.tit.14. de solutio.par. 5.Benue.de decoctoribus, vlt.p.nu. 7.&.19. Priuilegiarij etiã diuersorũ titulorũ simul etiã admittuntur glo.Bar.Alber.& alij cõmuniter teste Ripa.nu.58. in l.priuilegia.ff.de priuileg.credi. Fallit quãdo vnũ priuilegiũ est potentius altero, vt in eo qui mutuauit ad rẽ reficiendã.l.interdũ.ff.qui potio.in pigno.hab. vel in causa funeraria, quæ omnibus priuilegiarijs præfertur, etiãsi ex causa dispositæ pecuniæ, vel rei quæ põdere, numero, vel mẽsura consistit, debeatur, vt in.l.9. ti.3.de depositio.p.5.glo.& DD.cõmuniter, vt ibidem attestatur Ripa.nu.61.in.l.priuilegia.ff. de priuile-

14 dit.† Hæc tamen limita, nisi alter ex creditoribus personalibus priuilegiarijs diligẽs fuerit in solutione cõsequenda, aut in obtinenda sententia, qui enim prior ex eis obtinuerit, alijs præfertur, secundũ gl.in.l.inter eos.ff.de re iudi.&.l.si hominẽ.§.quoties.ff.depos.& in.l.11.tit.14.de solutio.p.5.l.qui autẽ.§.sciendum.ff. quæ in fraud.credi.l.9.tit.15.de cessio.bon. par.5. Ri-

15 pa in.d.l.priuilegia.nu.57.ff.de priuileg.credi.† Post priuilegiarios veniũt creditores personales nõ habentes priuilegiũ &in tributũ omnes, ita vt si debitor omnino soluendo non sit, omnes faciãt partes per cõcursum, & solutio fiat pro rata eius quod cuiq; debetur, vt in.l.procuratoris.§.si plures.cũ.l.seq.ff.de tributo. Pau.Cast.cõs.285.in prin.& si.lib.1.Bal.cõs.400.n.8. lib.5.& in.l.pro debito.C.de bo.auth.iud.poss.Benu. de Straccha, de decoctoribus, vlt.p.n.16.& seq.l.11.ti. 14.de solutio.p.5. si autẽ debitor vni ex creditoribus voluntariè soluerit, alijs præfertur tanquam diligens, l.qui autem.§.sciendum.ff.quæ in frau.credi.l.9.tit. 15.par. 5. & similiter qui primo petierit & pro eo lata fuerit sententia alijs chyrographarijs præfertur.l.11.ti. 14.de solu.par.5.idẽ si prius petierit executionem sententiæ, quæ pro omnibus lata fuit, is enim alijs præferri debet.l.iudicati actione.ff. de re iudi.glo.& docto. in.l.inter eos, in verbo, occupãtis.ff.dere iud. Tempus itaque sententiæ, vel executionis eius inspici debet, vt quis alteri creditori personali præferatur, vt in.d.l.

16 n.tit.14.par.5.& ibi Greg.Lupi. † In actionibus realibus non potest debitor cui voluerit eorũ, qui actiones habent, soluere, sed ei qui prior est tempore, aliàs solutio reuocatur per anteriorẽ, vt probat Matth.Afflict.decis. Neap.190.& Greg.Lu.in.l.11.tit.14. de solutio. in glo.1.p.5. & quod ab anteriori reuocari possit pecunia bona fide consumpta est tex.in.l.si.§.& si præfactã.versi sin.verò creditores.C.de iure delibe.& bellissimè probat Benuenu. de Straccha, de decoctoribus, vlt.par.nu.29.& seq.ad quem lectorem relego.

GLOS. VI.

Cessio bonorum inuito debitore facta, iuxta formam legis nostræ non dicitur beneficium eius, sed creditorum.

f *De la manera que han de tener en el traer de la argolla.* Vt supra eo.diximus in.l.6.glo.3. vbi tradendum esse debitorem, qui bonis cessit, asseruimus, creditoribus cum torqueferreo in collo supra thoracem, ad seruiẽdũ creditoribus, iuxta antiquitatẽ vel priuilegium debiti vniuscuiusq; prouia iudicis moderatione mercedis pro operis & seruitio sibi debitæ. Idem ergo fieri debet, etiamsi debitor volũtariè nõ cesserit bonis, sed postquã sex mẽsibus post liquidata debita in carcerẽ mãserit, quod rigidũ est valdè, atque ideo cessio huius modi dici non potest beneficium debitoris, sed creditorum potius, vt latiùs dixi supra hac eadem lege, glo.2. nu.1.&.2.ex quo ibi plura expendimus, & in glosis sequentibus, vt ibi videre licebit.

LEY.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

LEY. VIII.

¶ La forma que ſe ha de tener quãdo ouiere muchos acreedores, y el acreedor no echare la argolla al deudor.

¶ Don Fernando, y doña Iſabel en Seuilla, año de 1502.a.12.de Hebrero, pragmatica.

¶ Si algun deudor ouiere hecho ceſsion de bienes, o tuuiere mas de vn acreedor, ſi el primer acreedor en derecho dentro de ſeys dias deſpues que fuere requerido, no hiziere echar la argolla al dicho deudor para que la trayga, como por la ley ſuſo pueſta eſta mandado, las juſticias paſſen y entreguen el dicho deudor al acreedor, que ſegun derecho primero deue ſer entregado. [a] Y ſi aquel no le echare la dicha argolla, ſegun dicho es, lo paſſe y entregue al otro acreedor, que como dicho es, luego deuiere ſer entregado: y deſta manera a los otros ſus acreedores, y ſuceſsiue vno empos del otro, haſta que todos ſeã contẽtos y pagados de lo que aſsi les deuiere el dicho deudor.

GLOS. I.

a *Primero deue ſer entregado.* Repete hic quæ dixi in.l.6. ſupra eodem, gloſſ.vltim. illa enim lex concordat cum iſta.

LEY. XI.

¶ Que ſe pueda hazer ceſsiõ de bienes por intereſſe de la parte por el condenado en pena de hurto, executada la pena corporal.

¶ Don Carlos y doña Iuana en Valladolid, año de 1538.a.18.de Iunio, pragmatica.

¶ Declaramos y mandamos, que agora y de aqui adelante las nueſtras juſticias quando algunas perſonas fueren preſos y condenas por hurtos que ayan hecho, y ſe executare en ſus perſonas la pena corporal [a] en que ſe condenan, y no tuuieren bienes con que pagar a las partes ſus intereſſes, [b] haziendo los ſuſodichos ceſsion de bienes, los admitan conforme a la ley que en eſte caſo habla, aunque la dicha deuda deſcienda de delito, ſegun y como ha lugar por leyes deſtos nueſtros reynos en las otras deudas. [c]

GLOS. I.

Furis pœna iure regio nouiſsimo.
Ceſsioni bonorum locus non eſt, antequam pœna corporalis executioni mandetur, ibidem.

a *Y ſe executare en ſus perſonas la pena corporal.* Nota eſſe neceſſarium, vt ceſsioni bonorum locus ſit in debito deſcendente ex delicto, quòd præcedat executio pœnæ corporalis, quippe quæ ſuccedit in locum ſeptupli, in quo iuxta leges regias damnari debet fur, vt refert text.in.l.9.tit.11.de furibus, lib.8.infra, vbi pœna additur furi, nempe vt loco pœnæ ſeptupli & centum flagellorum, infligatur præciſe pœna triremiũ ſex annis, & ſi furtum commiſſum fuerit in regia curia, decem annorum, & non ſeptupli. Quare videtur ceſsioni locum non eſſe hodie, cùm tanto tempore debeat ſeruire in triremibus, quòd ſpes non ſit, iterum rediturum ad ſeruiendum.

GLOS. II.

1 *Qui non habet in bonis, luit in corpore.*
2 *Ceſsio bonorum, an fieri poſsit in debito deſcendente ex delicto? & num.ſeq.*
3 *Pœnæ pecuniariæ debitor, an poſsit ceſsionem facere?*
4 *Praxis fori Regij circa debitum ex delicto deſcendens damnum paſſo ſoluendum.*
5 *Legis noſtræ intellectus.*

b *Y no tuuieren bienes con q̃ pagar a las partes ſus intereſſes.* Sed contra opponitur, qui non habet in bonis, luat in corpore, vt in.l.1.ad finem.ff.de pœn.quam ibi expendunt Bar.& DD.Angel.& Iaſo.nu.43.in.§.pœnales. inſti.de actio.idem Iaſo in.l. ſi quis id quod numero. 28.poſt.gloſſ.& DD.ibi.ff.de iuri.omn.iud.Ioan.Lupi in repe.rub.de dona.int.vir.& vxor.§.9. num. 19. Hippol.Marſil.in.l.1.num.63.C. ad.l.Corn.de ſicar. c.ad liberandum, & ibi Felin.num.2.de Iudẽ.Gomecitans concordan.in.§.item ſi quis in fraudem. nume. 42. inſti.de actio.l.2.titu.9.de furtis, par.7.l.fin & ibi glo.ff. de in ius vocan. [c] Ceſsio igitur bonorum admittenda non eſt in debito deſcendente ex delicto, cũ debitum iſtud delinquente exiſtente non ſoluendo in corporalem pœnam mutetur: quod plures aſſerunt, nempe, Ioan.Fab.& Salic.q.6.in.l.1. C.qui bon.ced. poſſ.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

posſ.idem Fab.in.§.cum eo quoque.& ibi Bald.Plat. Angel.& Iaſo.num.13.inſti.de actio. Innocen.Enriq. & Barba.in cap.Odoardus.de ſolutio. Iaſo. in. d. l.ſi quis id quod num.28.Aufreri.in deciſio.Capellæ Toloſanæ.61.Dida. Perez in.l.3.tit.1.lib.3.ordina. colu. 786.in fi.& col.ſequen.dom.Did.Couarru. lib. 2.reſolutio. cap. 1. num. 8.hanc eſſe communem aſſerentes. † Haic oppoſitioni reſpondet dom.Did.Couarr. d.c.1.nu.8.paulo ante finem, quòd pecuniaria pœna quæ iure communi priuato applicabatur, non ſolùm intereſſe priuati,ſed & vindictam continebat publicam.l.vlt.ff.de in ius vocan.l.ſi quis id quod. ff.de iu ri omni.iudi.l.vlt.C.de ſepul.viola.ſemper enim. ſim plum inerat quadruplo.l.ex hoc edicto.§.vlt.vbi Bar. & alij.ff.de publica.& vectiga.Bal.in.cap.1. §.ſi duo. de pace tenen.& eius viola.Bart.in.l.ab his.C.de nauicula.libr.10 Atque ideo nimirum ſi in ea locus non ſit ceſsioni bonorum, cùm ob inopiam rei in corporalem conuertatur. Pœna verò, quæ hodie infligitur ob intereſſe, & damnum parti illatum ei applicatur, nec vindictæ publicæ loco infligitur, quare ceſsio admittitur,vt in hac lege, quæ in hoc corrigit communem opinionem vel eam limitat, quod & iure communi voluit Ioann. And.eique acceſsit Panorm.in.c. Odoardus.de ſolu.Boer.deciſio.349.numer. 8. & ſequen. Rapellanus forenſium inſtitutionum,lib. 4. c. 6.vbi idem eſſe ſtatutum apud Gallos atteſtatur in Pi ctauienſi conuentu anno. 1531. idem voluit Dida. Pœrez his tacitis in.l.3.tit.1.lib.3.ordina.col.786. in fin. & ſequen. † Demum ſubdit idem dom. Did.Couar. lib.2.reſolu.cap. 1. numer. 8. in fin.ſolere regios prætores criminalium,non obſtante lege noſtra,delinquẽtem inopem pecuniaria pœna damnatum in ſatisfactionem priuatæ læſionis ad ceſsionem bonorum nõ admittere, ſed in publicas triremes eũ dãnare,vt triremis munere fũgatur,donec ex mercedis publicæ pecunia damnum ſarciatur priuatum. Quod hodie in fure locum obtinere non poteſt, cùm iudices præciſè teneãtur eundem furem loco ſeptupli, vel centum flagellorum in triremes damnare per ſex vel. 10. annos iuxta cõſtitutionem.l.9.tit.11.de furibus,infra lib.8.de quo latius ſupra eo.glo.1. † Vel ſimulaueris aliter reſpondere,licebit prædictæ oppoſitioni,nempe,vt non procedat in ſpecie legis noſtræ, quippe quæ de pœna fiſco vel parti applicata nõ loquitur,ſed de intereſſe priuati,ſcilicet,de reſtitutione quantitatis furatæ,vt cõſtat ex verbis glo. noſtræ, Si no tuuieren bienes con que pagar a las partes ſus intereſſes, non dici ſi bona non habuerint ad ſoluendas pœnas, ſed adſoluẽdum intereſſe. Quare nimirum ſi hac in ſpecie locus ſit ceſſioni bonorum,vt ex ſeruitio furis domino rei furatæ ſatisfiat de eo,quod ſibi debetur à delicto procedens.

GLOS. III.

Ceſsionem cogitur delinquens facere ſi non habet bona vnde domino damna ſatisfaciat, & per ſex menſes ſteterit in carcere, ſicut fit in debitore ex contractu.

c *En las otras deudas.* Nota quòd in debito ex delicto deſcendente idem per omnia eſt ſeruandum, quod in debitis ex contractibus, nempe, vt elapſis ſex menſibus quibus debitor in carcere mãſerit poſt liquidatũ debitum ceſsionem bonorũ facere cogatur iuxta formam in.l.7.ſupra eodem traditam,vbi dixi.

LEY. X.

¶ *Porque tiempo ſe preſcribe la fiaduria de preſentar a alguno a juyzio.*

¶ *Don Alonſo.XI.en Alcala,era de.1386.pet.33.*

¶ A qualquier que ſaliere por fiador por otro para lo preſentar en juyzio haſta cierto tiempo,ſo cierta pena,[a] y cayere en la dicha pena ſino le fuere pedida dentro de vn año,contãdo deſde el dia en que la dicha pena cayò, no le pueda ſer mas adelante demandado. [b]

GLOS. I.

1 *Fideiuſſio voluntaria,quæ?*

2 *Fideiuſſio neceſſaria,quæ? cuius plura exempla traduntur.*

3 *Fideiuſſio neceſſaria,quæ ob defectum immobilium á reo conuento præſtatur.*

4 *Satiſdatio in defectum immobilium,quare à reo exigatur.*

5 *Immobilia bona non poſsidens ſatiſdat, quia præſumitur liti non adfuturum.*

Fugæ præſumptio ceſſat per poſſeſsionem immobilium,ibidem.

6 *Satiſdationem iudicio ſiſtendi, an iudicatum ſoluendi reus non poſsidens immobilia præſtare teneatur? aut aliam.*

Fideiuſſio de la haz à non poſsidente immobilia præſtatur,ibidem.

7 *Bona immobilia quot vel quantæ quantitatis poſsidere debeat reus,vt ſatiſdationem euitet, an quæ ſufficiant ad rem petitam? an ad euitandam fugæ ſuſpicionem?*

8 *Fideiuſſor iudicio ſiſtendi lata ſententia regulariter liberatur.*

9 *Fideiuſſor iudicio ſiſtendi perempta inſtantia liberatur.*

10 *Fideiuſſor iudicio ſiſtendi in criminalibus lata prima ſententia liberatur.*

11 *Fideiuſſor iudicio ſiſtendi lata ſentẽtia liberatur,etiã ſi mandatis curiæ parere promiſſerit, & omnia facere quæ in iudicio fieri oportet.*

12 *Fideiuſſor de la haz,hoc eſt,præſentandi reũ in iudicio*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cio, quoties iudici placuerit, non liberatur per ſententiam.

Fideiuſſor de haz, qualiter obligari debeat, ibidē in fi.

13 Lex Grecæ.§.& *poſt litem.ff.de fideiuſſo.declaratur à numer.8.*

14 *Fideiuſſio in cauſa criminali, pro qua venit imponenda pœna pecuniaria, ſumi debet per iudicem, alias reo facit iniuriam.*

Carcerem euitat reus dando fideiuſſorem de ſe præſentādo,&c in cauſa criminali pecuniaria, ibidem.

15 *Fideiuſſor, ad euitandū carcerem eius, qui criminaliter fuit accuſatus, ſi venit imponenda pœna coporis afflictiua, non admittitur.*

16 Fideiuſſor ſumi poteſt ad relaxandum reum à carcere, ſi pro crimine venit imponēda pœna pecuniaria.

17 *Fideiuſſor in cauſa criminali, pro quo venit imponēda pœna corporalis, admittitur ad relaxationē carceris.*

18 *Fideiuſſor in cauſa criminali pro qua venit imponēda pœna pecuniaria & in ius defectum corporalis, an accipi poſſit ad relaxandum reum à carcere?*

19 *Publicatione facta, ſi conſtat de innocentia rei, verè vel præſumptiuè, eſt à carcere relaxandus, etiam abſque fideiuſſoribus.*

20 Conſuetudo vt accuſatus de crimine capitali poſſit ſub fideiuſſoribus relaxari, an valeat?

21 *Pœnam pro alio pati ex conſenſu proprio, an poſſit conſuetudine induci?*

Sententia capitalis tranſit in rem iudicatā, ſi reus nō appellauerit, vel alius pro eo, ibidem.

22 *Statutum vt accuſatus pro crimine capitali poſſit ſub fideiuſſoribus relaxari à carcere, an valeat?*

23 *Pœnam corporalem, an poſſit quis pati pro altero de eius conſenſu?*

24 Fideiuſſor commentariēſis punitur, ac cuſtos ipſe carceris ob negligentiam.

25 *Sententia executioni mandatur, mittendo reum in carcerem.*

26 Iudex qui in cauſa criminali relaxauit reū ſub fideiuſſoribus, vbi venit imponenda pœna coporalis, punitur Regis arbitrio.

27 Fideiuſſionis ſiſtendi vel præſentandi reum in iudicio in cauſa criminali forma.

28 Fideiuſſor reum præſentandi in iudicio, vel in carcere vnica præſentatione liberatur.

29 Fideiuſſor reū præſentandi in iudicio toties quoties iudex præceperit nō liberatur vnica præſentatione.

30 *Fideiuſſor, ſub quo reus criminis relaxatur, ad quid teneatur? remiſſiuè.*

Fideiuſſor iudicio ſiſtendi, vel iudicatum ſoluendi poſſit ne executiuè puniri? remiſſiuè, ibidem.

Lex noſtra, de quo fideiuſſore loquatur, ibidem. in fin.

a *para lo preſentar en juyzio haſta cierto tiempo, e ſo cierta pena.* Hic examinare oportet, de quo fideiuſſore loquatur lex iſta: ſunt etenim plura fideiuſſionum ſiue ſatisdationum genera, alia ſiquidem eſt voluntaria, alia neceſſaria. Voluntaria ſatisdatio eſt, quoties nulla lege cogente, alienam obligationem aliquis in ſuā ſuſcipit fidem, nō ex hoc liberans principalem debitorem, manet nanque ſimiliter obligatus, ſecundū Hoſtiē. in ſumma de fideiuſſo. in principio, & habetur in
2 principio inſti. eodem tit. † Neceſſaria verò ſatisdatio eſt, ad quā ex lege quis aſtringitur, licet cauſa primæua ſit voluntaria, niſi tamen dolo proprio vel culpa ad hoc ordinata quis incidat in neceſsitatem. l. de die. §. tutor, vbi Bart. Soc. & DD. ff. qui satisd. cogan. vbi traduntur exempla, veluti cùm tutor & curator ſatisdant rem pupilli ſaluam fore, inſti. de ſatisdatio. tuto. in principio, &. §. quibus conſtitutionibus. Item de reſtituenda domino proprietate, is cui vſusfructus datus eſt. l 1. in principio. &. §. 1. 2. &. 3. &. §. habet. ff. vſusfructuarios quemad. caue. l. ſi cuius. in principio ff. de vſufru. Item legatarius cauet quod euicta hereditate legata redder. l. vlt. circa prin. C. de pet. here. & d. l. de die. §. tutor. Item idem legatarius ſatisdatione præſtat de reſtituendo id quod amplius accepit, quam per legem Falcidiam liceat. l. 1. in principio. ff. ſi cui pluſquam per. l. Falcid. Item hæres pendente die, vel conditione, ſatisdare tenetur de reſtituendo legata cū dies aduenerit, vel conditio fuerit adimpleta. l. 1. ff. vt legato. nomi. caueā. hæc omnia exempla tradit Iuriſconſultus Paulus in. d. l. de die. §. tutor. ff. qui ſatisda. cogan. & generaliter pro debito ſub conditione ex vltima voluntate hæres ſatisdare tenetur legatario, vel ſubſtituto. l. inter omnes. ff. eo. tit. † Eſt item alia ſatisdatio neceſſaria, quoties actione perſonali conuentus
3 non poſsidet immobilia vel annuos redditus, in loco iuriſdictionis, & conſtat ſaltem ſummariè de debito: tunc enim ſatisdationem præſtare tenetur reus conuēctus iudicio ſiſti, non verò iudicatum ſolui. l. ſciendum & ibi DD. ff. qui ſatisd. cogan. auth. offeratur. C. de lit. conteſta. §. ſed hodie. inſti. de ſatisd. l. 41. tit. 2. part. 3. l. 2. tit. 3. de los emplazamientos, lib. 2. fori. &. l. 3. ſupra eo. quæ hoc tantum addit iuri communi, & regio antiquo, vt ibidem dixi, quòd teſtibus ſummariè receptis, vel per inſtrumentum conſtare debet de debito, antequam reus carceri mancipetur in defectum fideiuſſorum, vt aduertit Ioan. Lupi. in. l. 66. Tauri, vnde d. l. 3. ſupra eo. ſumpta fuit num. 41. & Ant. Gomez.
4 num. 2. † Circa huiuſmodi ſatisdationem plura diximus ſupra eod. l. 3. glo. 1. Ratio autem quare hac in ſpecie ſatisdatio exigatur in defectum immobilium traditur per Accurſium in. d. l. ſciendum, glo. 1. magna, ad finem, nempe, quia per poſſeſsionem immobilium ſatis eſt cautum actori: quandoquidem debet eorū poſſeſsio eſſe commenſurata quantitati, ſuper qua contro uertitur, ſecundùm Guillel. ibidem, ſatis ergo cauetur actori pro executione ſententiæ, ſed hæc ratio cōfunditur per tex. in. d. l. ſciēdum. §. ū fundus. ff. qui ſatiſ.

cogan.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cogan. Vbi vxor conuenta actione personali, licèt possidere non dicatur fundum dotalem, vt in.l.Pomponius.§.in dote.ff.de acqui.poss. habetur tamen pro possidente, vt euitet satisdationem, & constat non esse consultum agenti in executione sententiæ: cũ possessio & dominium rei dotalis sit apud virum, vt in l.in rebus, & l.vbi adhuc.C.de iure doti.l.doce ancillam.C.de reiuendi. qua propter rationem hãc improbat Bart.in.d.l.sciendum.num.4.ff.qui satisd.cogan.

5 †Et reddit aliam quæ communiter recipitur, nempe, quia reus conuentus non possidens immobilia præsumitur liti non adfuturum, sed quòd fugiet, arg.l.1. & 2.& quæ ibi notantur.ff.in ius vocan.vt eant, aut satisdent, cessat itaque per possessionem immobilium præsumptio fugæ, & perconsequens cessabit onus satisdationis, hanc rationem admittunt Bal.& Ang.in.d.l. sciendum.in principio.& Socin. eam dicens communem.ff.qui satisda.cog.Roder.Xua.in.l.1.tit.3. de los emplazamientos, lib.2.fori, in principio.num. 12. vbi nu. 3. asserit iure regio veriorem esse videri rationem, glo.in.d.l.sciendum per illam.l.fori, & aliam in.l.1.tit. 5.eodem libr.2.fori, & l.6.tit.8.eod.lib.ibi, *E sino fuere arraygado de fiador de la demanda o peños q̃lo vala, &c.* Quæ quidem leges satisdationem iudicio sisti & iudicatum solui requirere videntur, atque ideo nimirum si possessio immobilium ad eundem effectum exigatur, vt securus sit actor, & debito nõ fraudetur: atque ei fit omninò, vel bonis immobilibus à reo possessis,

6 vel præstita satisdatione cautum. † Sed nihilominus dari non oportere satisdationem iudicatum solui, etiã iure regio resoluit Rode.Xuar.in.d.l.2.versi.vlterius. nota istum text.num.3. &.5.sed fideiussorem de reo præsentando & exhibendo iudici, de la haz, appellatum, quoties ei fuerit denuntiatum vel petitum, aliàs soluet iudicatum.citat Rod.tex.in.d.l.2.titul.3.libr.2. fori, ibi, *De fiador que le cumpla el fuero*, sed dando huiusmodi fideiussorem, de la haz, impletur forus, nam iure fori, debitore non existente soluendo, debitor ipse tradi debet creditori ad seruiendum, donec ei satisfiat, vt in.l.2.tit.8.de los gouiernos, li.3.fori trasumpta in.l.4.supra eo. nõ ergo erit satis satisdationẽ de iudicio sistendo præstare, imo hęc non requiritur iure nostro, secundum Montal.in.d.l.2.tit.3.glos.vltim.libr. 2.fori.cum iure regio in absentia procedi possit ad diffinitiuam, lite nõ contestata, vt in.l.1.tit.11.de missione in possessionem ex.1. vel.2. decreto supra libro. 4. Præsentia autem rei conuenti requiritur ad executionem, cùm seruire actori teneatur bonis deficientibus, satisdabit ergo de exhibendo reum quoties petitũ fuerit, vt cum Greg.Lupi diximus supra eod.l.3. glos. 1. num.4. & constabit ex his, quæ numer.seq. dicemus.

7 †Sed quod bona immobilia possidere debeat reus, vt euitet satisdationem, & carceris intrusionem, si fideiussores non dederit? Respondeo, Accursius singulariter in.d l.sciendum, in principio.ff.qui satisda.cogan. tot asserit bona immobilia possidere debere, quot quã titate rei petitæ æquiualeant, cui glossæ similis est alia in.§.sed hodie, in verbo ad terminum, in fin.inst.de satisda.& in.§.hinc nobis, in auth.de hæred.& Falcid. Verũtamen verior & receptior est sententia Bart. & doctorum in.d.l. sciendum.teste Alexand. ibidem, medium esse eligendum arbitrio iudicis, vt non tanta immobilia requirantur, quanta æquiualeant rei petitæ, nec tam modica, vt non repeliatur suspicio fugæ. Roder.tamen Xuarez in.d.l.2.tit.3.lib.2.fori.in principio.numer.19.iure regio resoluit hoc etiam esse arbitrarium, arbitrium tamen aliud esse debere iure cõmuni, aliud iure regio. Iure namque communi Imperatorum requirebatur tot bonorum possessio, quot iuxta iudicantis arbitrium sufficere ad præsumendũ eundem reum non recessurum à iudicio vsque ad diffinitiuam sententiam, ne ob eius absentiam sententia & iudicium frustraretur, non enim poterat iure communi iudicium peragi absque litis contestatione, & præterea melius causa terminaretur reo præsente.quã absente.vt clare deducitur ex.d.§.sed hodie instit. de satisda.& clarius ex his quæ scripsit Ang. in.l.Iulianus, in fi.ff.qui satisda.cogan.& Alexand.in.d.l.sciendum.in principio eodem titul.& Roder.Xuarez vbi supra.Hodie autem, vt ipse subdit iure regio, cùm procedi possit ad diffinitiuam lite nõ contestata, & in absentiam iuxta.l.1.tit.11. supra libro. 4. & dixit in stylo cancellariæ titul.3. capit.1. §. 6. non sufficiet satisdatio de iudicio sistendo, vsque ad diffinitiuam, nec possessio bonorum immobilium, quæ cessare faciat suspicionem fugæ, quæque adesse præsumi faciat vsque ad diffinitiuam, sed quòd bona possideat quæ cessare faciant præsumptionem fugæ vsque ad executionem sententiæ. Nam licèt ad sententiam vsque rei præsentia non exigatur iure regio, exigitur tamen in eius executione, quippe qui bonis deficientibus debet tradi creditoribus ad seruiendum, donec eis de debito satisfaciat, vt in.l.2. titulo. 8. de los gouiernos libro. 3.fori. & l.3. supra eodem: hæc fuit sententia doctissimi Roderici Xuarez, quanuis non ita plenè explicuerit, in.d. l.2. titul.3.de los emplazamientos, libro.2. fori, in principio. numer.19. qui deinceps tractat de qualitate bonorum, quæ ad euitandam satisdationem exigitur, quæ hic non examino. 8 † Nec ab re hic incidit quæstio, quid discriminis sit inter fideiussorem iudicio sisti, & fideiussorem de præsentando reum in iudicio toties, quoties iudici placuerit, seu ad omnem eius requisitionem, quem Hispanè dicimus, de la haz? Respondeo, fideiussor iudicio sisti lata sententia liberatur, obligatur siquidem quòd reus sistet in iudicio vsque ad sententiam inclusiuè, non verò post sententiam in causa appellationis, nec in executione sententiæ, vt in. l. Græce. §. & post litem. ff. de fideiussor. quam non esse alibi asseuerat Bartol. ibi Angelus, Paulus Crastrensis, & Iaso numero. 7. &.8. in.l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisdare cogantur Mathesilan. singula. 178. idem probat textus in. l. 1. in principio, iuncta glossa in verbo, iudicium. ff. si ex noxa. caus. aga. Bald. in.l.qui crimen. 3. quæstione. C. qui accussa. non poss. & in additio. Speculato. titulo de reo, in principio. Rodericus Xuarez in.d.l.2.tit.3.de los emplazamientos, libro.2. fori. §.sed pone quæstionem.numer.27. Petrus Dueñas in regula.333. referens se ad Iasonem in.d.§. & fideiussorem, Hippol. Marsil. in repetitio. rubric.

ff.de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

9 ff.de fideiuſſo num.139.in fi & ſeq. † Et non ſolum fideiuſſor iudicio ſiſti liberatur lata ſententia, verum etiam peremptа inſtantia, etiamſi iis denuo inchoetur glo.eſt notabilis in.l.pen.in glo.magna.C. de fideiuſ. quam ſequitur & valdè commendat Angel. Alex. & Iaſo.nume.8.in.d.l.2.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſ.cogan.Bal.in.l.ſancimus.C.de fideiuſſo.Bar.in.l.Græce §.& poſt litem.verſi.quæro quid ſi non eſt.ff.eod.tit. Matth.in.d.rep.rub.ff.de fideiuſſo.nu.106.q.11. Idē fit in fideiuſſore de iudicato ſoluendo.l.cum apud Sē

10 pronium.ff.iudica.ſolui. † Secundo extende regulā, vt procedat non ſolum in cauſis ciuilibus, verumetiā in criminalibus.l.ſi quis reum.ff.de cuſtod.reorum.Iaſo in.d.l.2.§.in fideiuſſorem.numer.9.ff. qui ſatiſdar. cogan.2.amplia. Ex quo dixit Bald.in.c.dilectis. numer.12. de appell. cauere oportere iudices, ne carceri pro criminibus mancipatos relaxent ſub fideiuſſoribus de iudicio ſiſtendo, cum talis fideiuſsio,lata prima ſententia ſpiret, vt in. d.§. & poſt litem, ſed accipiant potius fideiuſſores de iudicato ſoluendo,refertque ibi Bald. iudicem quendam hoc ignorantem pro in cauta relaxatione cuiuſdam delinquentis fuiſſe in ſyndicatu damnatum, & vt ipſe inquit, deſolatum.

11 † Tertiò extenditur etiamſi fideiuſſor iudici promiſerit ſiſtere aliquem in iudicio,& parere curiæ mandatis,adhùc enim lata ſententia fideiuſsio ſpirat,ſecundum Bald.in additio.ad Specul.in titulo de reo.1.col. Alex.&Iaſ.in.d.l.2.§.in fideiuſſorē.nu.9.vbi quadrupliciter ampliat, etiamſi dicatur,promitto talem ſiſtere in iudicio & omnia facere, quæ in iudicio fieri

12 oportet, ex ſententia Bald. ibi. † Fideiuſſor autem præſentandi reum in iudicio toties,quoties iudici placuerit, quem Hiſpani dicimus,de la haz, non liberatur per ſententiam, ſecundum Bart. in.l.ſi quis reum. ff.de cuſtod.reo. quoniam poſt ſentētiam perſona rei requiritur, vt in ea fiat executio. Et licèt Bal. in.l.qui crimē.3.q.C.qui accuſſa. non poſſ. & in addi.ad Specul.in tit.de reo. in principio teneat contrariam opinionem: tamen Bart. ſequitur Ludo.Roma.in.d.§.& poſt litem.Paul.Alex. Iaſo. & cæteri moderniores in d.l.2.§.infideiuſſorem.ff.qui ſat.cogan.Marſi.in rub. ff.de fideiuſſo.num.140.vbi citat concor.Rod. Xuar. in.d.l.2.titu.3.de los emplazamientos,lib.2.fori.§. ſed pone quæſtionem.à numero.32.vſque.ad num.36.vbi conſulit iudicibus,vt fideiuſsionem huiuſmodi cautè & latè accipiant,nempe, vt fideiuſſor promittat reum exhibere & præſentare iudici ante & poſt ſentētiam, & in omne tempus,toties,quoties ab ipſo vel alio iudice competenti fuerit petitum, ita vt in eum exequi poſsit ſententia,vtque renuntiet legi ſancimus.C.de fideiuſſor.&.l.17.tit.12.par.5.& niſi hęc fecerit,ſoluet

13 iudicatum. † Cuius ſententiæ ea eſt potiſsima ratio, quoniam.d.§.& poſt litem,eiusque deciſio limitatur, niſi expreſſe in fideiuſsione aliud tempus etiam poſt ſententiam ſtatuatur,id enim quod cōuenitur, ſeruādum eſt,vt in.l.pen.C.de fideiuſſ.ibi,tunc enim in tā tum eam extendi,in quantum atteſtatio fuerit expreſſa,& ibi notant Bar. & Salic.tex.eſt etiam in.d.l.ſancimus.C.eo.tit.vbi Bal.& Ang notant Roder. Xuar. in.d.l.2.fori.§.ſed pone quæſtionem. nume.28.nimirum ergo ſi ea verba, toties,quoties fuerit petitū,hoc importēt,vt fideiuſsio duret poſt ſentētiā cū non modicū intereſt, reū præſentare poſt ſententiā iure noſtro regio,vt non ſemel diximus, cùm eo iure reo nō exiſtente ſoluendo,tradi debet ex offi io creditoribus ad ſeruiendum elapſis ſex menſibus, vt in.l.7.ſu-

14 pra eo. † Alia eſt fideiuſsio in cauſa criminali,quæ dupliciter cōſideratur. Primò ante capturam ad eam euitandam. Secundò poſt eam ad relaxandum captum à carcere ſub fideiuſſoribus commentarienſibus, prior fideiuſsionis modus continet duas ſpecies. Primam, quoties pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria. Secundam quoties eſt infligenda pœna corporalis,ſeu corporis afflictiua,priori in ſpecie poteſt iudex, imo debet niſi malit reo iniuriam facere,eum nō mittere in carcerē, ſi fideiuſſores præſtiterit de ipſum reū præſentando,quandocunque iudex ipſe vel alius eius cauſæ competens præceperit,aliàs ſoluent iudicatum.

15 l.1.l.diuus 1.& l.ſi quis reum.ff.de cuſtod.reo.l.eos.§. ſuper his.& ibi Salic.C.de appel.l. ſi verò. §.qui pro rei qualitate,ibi, quia ſanè non ſine qualibet iniuria eſt duci in ius eum,qui ſatis idoneū fideiuſſorem det, ff.qui ſatiſd.cogan.vbi Bar.& Ang. dicūt iudicem ei iniuriā facere,qui idoneos offert fideiuſſores,ſi in carcerem mittatur. Ang.in tract.maleficio. in verbo,pro quibus Antonius fideiuſsit numer.1. & 2. & ibi Auguſti. in additio. ponit caſus,in quibus etiamſi pœna ſit pecuniaria,reus non eſt ſub fideiuſſoribus relaxandus,Rode.Xuar.in tractatu de fideiuſſore,in cauſa cri-

16 minali,in principio. † Secunda in ſpecie quoties pro crimine venit imponēda pœna corporis afflictiua praxis iuridica hæc eſt, vt præmiſſa ſummaria informatione delicti,etiā ſemiplena, carceri reus mācipetur abique alia citatione verbali ne aufugiat. l. nullus vbi glo.& Sali.C.de exhib.reis.l.2 iuncta glo.1.C.de cuſtod.reo.Greg.Lupi in.l.1.tit.20.de cuſtod reo.glo.1. part.7. Sed in hoc plurima ſunt à iudice conſiderāda: qualitas criminis, & perſonæ accuſatæ, contra quem proceditur,vt in.l.1.ff.de cuſtod. reo.l.1 &.4.titu.29. de cuſtod.reor.par.7. & l.16.tit.1.de accuſa.part. 7. vt rectè diſtinguit Rode.Xuar.in.d.tracta.de fideiuſſor. in cauſa crimina.colum.2.verſi.practic.& tribus ſeq. Anto. Gomez.de delictis.cap.9.num.1.hac etenim in ſpecie reus ſub fideiuſſoribus relaxari nō poterit, nec carcerem euitare, vt in dictis legibus probatur, maximè in.d l.diuus.1.ff.de cuſto.reo. & in legibus Part. ſupra citatis Greg. Lupi in.l.18.in verbo, rebelde,tit. 1.pat.7.dom.Did.Couarru.libr.2. reſolutio.cap.8 nu.

17 etiam. 8. † Quando autem agitur de relaxando captum ob aliquod crimen à carceribus,eandem fieri debet diſtinctio,vt ſi pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria poſsit ſub fideiuſſoribus relaxari. l. 1. l.eos.1.§.ſuper his.C.de appell.l.minime.eodem titu. vbi Bart.& DD. &.l.3.&.4.ff. de cuſtod. reo.l.ſi quis pro eo.§.vlt.ff.de fideiuſſo.l.ſi à reo.§.fin. eod.titul. l.20.tit.29. de cuſtodio eorum-par.7.Greg.Lupi.in.l. 16.tit.1.in verbo,ſobre fiador,prope finem, eadē par. 7.l.16.titu.18.ſupra.lib.4. quæ vſque adeò vera ſunt, vt iudex fideiuſſores hac in cauſa recipere recuſans teneatur in ſyndicatu actione iniuriarum,argu. text. in l.ſi verò.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſda.cog.quem ad hoc expendunt ibi Bar.Angel.Paul.Alex. & cæteri communiter

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mun ter Ant. Gomez.de delictis.cap.9. num.8.dom. Didac.Couarruu.libr.2. r.solutio capit.8.numero.8.

17 † Vbi autem pro delicto venit imponenda pœna corporis afflictiua non debet sub fideiussoribus relaxari, vt in.l.3.ff.de custod.reo.cuius verba sunt.(Nisi tã grauè reclus ipsum commisisse constet, vt nec fideiussoribus,nec mulieribus committi debeat,) & ibi communiter DD. tex.in proœmio.titul. 29.de custodia reorum,&.l.10.eiusdem tituli,par.7.Rode. Xuarez hanc dicens communem in tracta.de fideiussor.in causa criminali,col.7.ver.&si meę cõditionis,lex regni nostri 16.tit.1.par.7.ibi, *Ca en tal caso como este no deue ser dado sobre fiador en ninguna guisa*. † Vbi Gregor. Lup.

18 id obtinere ait,etiamsi pro crimine veniat imponenda pœna pecuniaria, & in defectum pœna corporalis,rationemque reddit, quia fortè ipse nec fideiussor soluent pœnam pecuniariam,licèt sint soluendo,vt Bar. adnotauit in.l.item liberatur. §. qui paratus.ff. quib. mod.pig.vel hypo.solui.& Bal.in.l.data opera.num. 14.&.15.C.qui accus.non poss.& in.l.1.ff. qui satisd. cogan. Sed hoc intelligit Bar.in.d.§.qui paratus,quãdo statutum dicit, si non soluerit quantitatem pecuniariam,amputetur ei pes vel manus, secus si diceret si non potuerit quantitatem soluere,amputetur ei pes vel manus,quoniam tunc datis idoneis fideiussoribus debet à carcere relaxari: quia dici non potest,non posse soluere,qui fideiussores idoneos inuenit.l.nemo dubitat.ff.de regul.iur.Roder.Xua.in.d.tract.de fideiussore,in causa crimi.§.quoad aliam particulam, versic. & in tantum est vera regula. Ex quo infert ad intellectum.l.6.tit.5.lib.4.fori, vbi pro primo furto imponitur pœna pecuniaria , & quòd in defectum pecuniæ, furi aures amputẽtur: nam si fur dederit idoneos fide iussores,erit à carcere relaxandus. Idem inquit Rod. esse,si sex vel statutum imponeret dictam pœnam corporalem ei,qui non satisfaceret,poterit siquidem sub fideiussoribus relaxari,vt ibi per eum. Ego autem idẽ puto statui debere in omnibus casibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis in defectum pecuniariæ,contra Bar. & præfactos doctores, quoniã vel reus ipse vel fideiussores,vel tabellio,seu iudex qui eos accepit minus idoneos , pœnam pecuniariam soluent, quare nunquã locus eirit pœnæ corporali: atque ideo nimirum si possit sub fideiussoribus relaxari , & hæc erit prima limitatio ad regulam supra numero.17.traditam.†Secundò limita,nisi post testium publicationem apparuerit de innocentia accusati,tunc enim nõ est reus in carcere detinendus , sed statim relaxandus etiã absque fideiussoribus,tex.est singularis in.l.nullus.C.de exhibẽ.reis,quem Bal.extollit in.l.sed & his ff.de in ius vocan.Rode.Xuar.in.d.tracta. de fideiuss. in causa crimi.col.11. fol. 180. ex quo asserit sumere fundamentum legem Toleti.8.tit.7.de prętoribus criminalium,supra libr.2.præcipientem, ne reum, qui se carceri regiæ cancellariæ præsentauerit in appellationis gradus seu causa, sub fideiussoribus relaxẽt,donec testium publicatio facta fuerit, etiãsi pœna pecuniaria veniat infligenda,ad idem ordinatio.21. huius cancellariæ Argentinæ. Cæterum si verè vel præsumptiuè constare poterit de innocentia accusati , poterit sub fideiussoribus relaxari , etiamsi ex natura crimi-

20 nis pœna corporalis esset infligenda. † Tertiò limita, nisi aliud consuetudine esset introductum , vt accusatus etiam de crimine capitali possit sub fideiussoribus relaxari,valet enim huiusmodi consuetudo,vt censet glo.singularis in cap.cum homo.23.q.5. in verbo supplicium,ex qua duæ eliciuntur cõclusiones.Prima nõ posse quenquam fideiussorem esse,vel aliàs libero cõsensu astringi, vt pro alio pœnam corporis patiatur, arg.l.liber homo.ff.ad.l.Aquil.quæ sententia frequentissimo omnium consensu recepta , vt constat ex Felin.in cap.2.de constitu.num.2. & Hippolyto in rubr. ff de fideiusso.q.29.num.206.Paulo Grillando in tracta. de relaxatione carceratorum,in rub. de fideiussoribus reorum,idem voluit Marsi.in.l.infans,numero. 16.ff.ad.l.Corne.de sicar.Roder. Xuar.in.d.tract. de fideiuss. in causa crimi.Ant.Gomez.tomo.3.de delictis.cap.9.num.8.in fi.dom.Didac.Couarr.lib.2.reso

21 lutio.cap.8.numer. 8. † Secundum probat gloss. illa moribus posse iudici,quòd innocens se ipsum obliget pro alterius crimine ad corporis pœnam , quã in hoc expendit Lud.Roma.consi.15.& singul.128.Fel.in.d. cap.2.de constit. numer.2. & ibi Deci 1.&.2.lectione vtrobique.numer.4. idem Feli.in.cap.2.nu.8. de proba.Roch.Curti.in tract. de consuetudi.num. 441. & sequen.Anton.Gomez.de delictis.cap.9. num.8. vbi citat concordan.Greg. Lupi.in.l.10.in.glo.pen.titul. 29.de custodia reorum,par. 7. quasi legis seu cõsuetudinis authoritas accedens priuatorũ consensui id possit efficere,quod solo cõsensu permissum nõ est, quẽadmodum & non appellans à sententia capitali sibi præiudicat,ex tacito eius consensu simul cum legis id præcipientis authoritate , vt eruditè probat Deci.in d.cap.2. num.4.& in cap. iurauit,colum. vlt.de proba.dom.Did.Couar.in epitom.de sponsal.2.par.cap.

22 8.§.vlt.num.15.& sequen. † Eandem glossæ conclusionem extendunt ad statutũ,quod consuetudini æquiparatur,vt in.l.de quibus.ff.de legi.Iaf.in.§.quædam. num.37.insti.de actio.Dec.in.d.cap. 2.de consti. 1.& 2.lectio.nu.4.licèt communis opinio sit, quòd statutum hoc non possit efficere , vt alter pro altero pœnã luat corporalem,adhùc tamen consensus simul cũ statuti authoritate id poterit efficere, vt ibi tradit Deci.

23 †Verùm his non obstantibus,contraria sententia verior est contra glo. in.d.cap. cum homo.23. q.5. quod voluit Felin.in.d.c.2.de constit. numer.2.& in. c. ius generale.1.distinctio.in fi.cui accesit dom. Did.Couarru.lib.2.resolutio.c.8.nume.8.ex eo quòd lege humana nõ potest innocẽs pro culpa alterius corporali pœna puniri , ne consensus proprius id potest efficere,nec vlla iusta causa dari,ex qua pœna corporali innocens pro alterius crimine puniatur,vt cõstat Deuteronom.c.34. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro parentibus , sed vnusquisque pro peccato suo morietur,& Exodi.23.Infontem & iustum non occides: & nuncupatim hanc sentẽtiam asseuerant Diuus Augusti.q.8.super Iosue . Alexan. Halen.3.p.quæst. 41. membro. 4.articulo.1.Diuus Thomas.2.2.quæst. 108.articulo.4.Cardin.à Turrecremata in capit. vndecunque.56.distinctio.Ioann. Arboreus lib.theosophiæ.6.c.9. Alfon.à Castro de iusta hæreticorum punitio.lib. 2.c. 11. Plutar. in.lib. de sera numinis vindicta. d.D. Couarr.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Couarru lib.2.reſolutio.c.8.nume.1.in.3.concluſione licèt alijs pœnis amiſsionis bonorũ & famæ filius ob crimen patris puniri poſsit, vt præcitati authores aſſerant per text.in.c.vergentis.§.nec huiuſmodi, de hæreti.quare ſententia hæc mihi magis probatur, nempe quòd conſuetudo vel ſtatutum efficere non poſsint, vt quis conſentire poſsit ob alterius culpam puniri corporaliter. Niſi culpa ipſi uſmet pœnam, quam alius pati deberet, iuſtè patiatur, vt de carceris cuſtode dicimus, non exhibente reum accuſatum, vtpote qui ob eius negligentiam à carcere aufugerit. Eadem nanque pœna punitur, quam pati debuiſſet reus aufugiens, vt in.l.ad commentarienſem.C. de cuſtod.reo.&.l.12. titul.29.part.7. vbi Gregor. Lupi in verbo, *è caſtigados*. l.12.titu.23. de executoribus curiæ ſupra libr.4. ſumpta ex.l.12.titu.14.lib.2. ordinamen. vbi vide circa hoc Dida.Perez col.555.& ſequentibus, & Matth. Afflict.in conſtitutionib. Neapolitanis lib.1.rubr.88.
24 col.2.numer.3.† Ex quo idem iure communi ſtatui debere in fideiuſſore commentarienſi, cuius negligentia punitur, perinde à carceris cuſtodis, pluribus rationibus probat Roderi.Xuarez in dict.tractatu de fideiuſſore in cauſa criminal col. 12. & ſequent. Salic. in.l.ad commentarienſem. C. de cuſtud.reo. Gregor. Lupi in.l.10.in gloſ. penult. in fin. titu.29.de cuſtod. reorum part.7.Quamuis iure regio hoc non procedat, vt exiſtimat Roderi. Xuarez in dict. tractat. de fideiuſſore in cauſa criminali col.antepenultima verſicul. & quanquam per text.ab eo citatum in pragma. 47. c.2. in regijs pragmaticis tranſumptũ hodie in.lib.2.huius recollectionis tit.7.de prætoribus criminalium.l.8.ſed hoc non dicunt leges ille Regiæ, nec ex eis expẽdi vllo modo poteſt, quare nulla eſt in hoc diffentia inter ius Regium commune Romanorũ, iudicio meo, quod & ſentire videtur Grego. Lupi in.d.l.10.glo. penul. in fi.tit.29.de cuſto.reorum par.7. & hæc erit.4. limitatio ad regulam traditam ſupra hac eadem gloſ. nume. 17.pro qua limitatione citat Roderi. Xuarez in. d.tracta.de fideiu.in cauſa crimi.fol.penult.col.1.plurima, & inter ea text.ſingularem.in.l.16.tit.1.par.7. vbi hac in ſpecie text. dicit, accuſatum crimine capitali, vel de quo venit imponenda pœna corporis afflictiua, eſſe ſecurè cuſtodiendum, ita quòd in eum exiqui poſsit ſententia, & pœna corporalis, vel detrudendo eum in carcerem, quod ſecurius eſt, vel militibus committendo aut alij hominibus, qui eum cuſtodiant iuxta criminis & perſonæ qualitatem, minimè autem ſub fideiuſſoribus relaxandum. Ecce di crimen maximum lex illa conſtituit inter verum fideiuſſorem, vel eum cui rei cuſtodia committitur, qui dicitur commentarienſis: vt priori caſu ſit prohibitum iudici, delinquentem relaxare ſub his fideiuſſoribus, ſecundo verò caſu ſub commentarienſibus relaxare licet, vt ibi, & in.l.1. ff.
25 de cuſtod. reo.&.l.4.titu.29.par.7.† Nec oberit gloſ. in dict.c.cum homo. 23. quæſtion. 5.in verbo ſupplicium in fine, in qua ſe fundant Doctor.communiter, quippe quæ non probat communem ſententiam. Cuius gloſſæ verba ſunt (potius ergo reſpicitur hoc factum vel conſuetudo alicuius loci quam ius) quæ nõ ſunt referenda ad text.in dict.cap.cum homo, ſed ad verba proxime præcedentia eiuſdem gloſ. cum ſic ait (ſed ſi fideiuſſor ſine dolo reũ criminis nõ exhibet pecuniariter punitur, ſed ſi dolo eũ non exhibet punitur arbitrio iudicis, vt.ff.de exhib.reis.l. ſi quis reum, & C. ad Turpillia.l.2.) quaſi dicat gloſ. fideiuſſor. rei de crimine capitali accuſati, ſi forte eum contra leges iudex acceperit, pœna plectetur pecuniaria iuxta cautionem vel iudicis decretum, ſi reum non exhibuerit, quod ſi dolo præcedente non exhibeat, extra ordinem punietur, in fine autem gloſ. proſequitur dicens, vbi autem nulla quantitas deſignata eſt in dicta cautione vel iudicis decreto, ſtandum eſt conſuetudini quæ certam præbeat formam, qua deficiente iudex quam maluerit ſtatuet, vt in dict.l. ſi quis reum.ff.de cuſtod.reo.in gloſ.allegata, & in.l. 10.titul.29.de cuſtod. reo. part. 7.quam gloſ. ſi ita intelligas non probat communem opinionem, ideo verior eſt Felin. &
26 domi.Dida. Couarru. ſententia. † Iudex autem qui in cauſa criminali capitali, vel ex qua pœna ſolet infligi corporalis, fideiuſſores acceperit, punietur ſuperioris arbitrio, vt in.dict.l.10.in fin.titulo.29.partit.7.ipſi autem fideiuſſores non obligantur ad pœnam corporalem, ſed pecuniariam iuxta conuentionem, vel eius prouintiæ conſuetudinem, vel ea deficiente iuxta iudicantis arbitrium, vt in dict.l. ſi quis reum.ff.de cuſtodia reo. & dict. l.10 titu.29. part.7. † Ex quo deduci poteſt forma fideiuſsionis ſiſtendi vel præſentandi reum in iudicio in cauſa criminali, nempe vt certæ
27 quantitatis pœna fideiuſſori ſtatuatur, niſi reum exhibuerit in iudicio, quoties ſibi fuerit petitum, & quod renuncietur beneficio de fideiuſſoribus, & ſpecialiter.l. ſancimus.C.de fideiuſſoribus, &.l.17.&.19. titulo 12.de fideiuſſoribus.par.5. quæ cum ea concordant, quibus dilatio dierum fideiuſsioni ad reum præſentandum ex conuentione appoſita duplicatur, ita vt ſi ſex menſes ex conuentione habuerit ad eum præſentandum annus competat. Deinde promittat fideiuſſor reum exhibere in iudicio toties quoties curiæ placuerit, & ſic duret obligatio exhibendi poſt ſententiam, ita reſoluit Rodericus Xuarez in præcitato tractatu de fideiuſſore in cauſa criminali columna 12.ad finem poſt Bartol.in.l.ſi quis reum. ff. de cuſtodia reo. † Et quia ſi quis ſimpliciter promiſit præ-
28 ſentare quempiam accuſatum, intelligitur de prima præſentatione dumtaxat, ita vt ſi ſemel eum præſentauerit liberetur, vt Accurſius cenſet in.l.duobus.§. ſi ei qui in verbo exhibuerit. ff. de iure iurando, vt ibi expendunt Benedictus de Plumbino, & Paulus Caſtrenſ. qui eum. §. legit. §. quod ſi reus columna vltima verſiculo vltimo eſt hic vna; & Alexander in fine, & Iaſo columna.1. verſiculo ſuper hac.1.parte, & hoc quoque voluit Ioannes Andreas in additionibus ad Speculato.titulo de accuſatio.in.3.part. §. vltimo, verſicul.ſed quid ſi fideiuſſor. Paul. Caſtren.in.l.2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſdare cogantur, Alexander in apoſtillis ad Bartol.in.l.Græcè.§.1. ff.de fideiuſſori. eam gloſ. dixit eſſe menti tenendam idem Alexand. conſ. 16.numero.5. libr.4. pro qua ſententia adducitur regula.l.bones.§.hoc ſermone.ff.de verbor.ſignif. vbi idem voluit Tiraquel. ſuper regula numero. 47. licèt contrarium voluerit Roman. in.dict. §. ſi ei qui ſtatim poſt principium & l.ſi finita.in prin.numer.4.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ff.de dan. infect.& ante eum Lucas de Pena in.l.si quis decurio. columna. 2. verſiculo accuſans quidam. C.de decurio. libr. 10.per text. quem dicit expreſſum in.l.ſi ita ſtipulatus à Seio.ff. de fideiuſſo.& in.l. nouiſſima.ff.iudic.ſol. Sed verior eſt & receptior prior opinio, quam ſequitur Iaſo in . d.§.ſi ei,qui vltim.columna.in principio,& Grego. Lupi.in.l. 10. in verbo,
29 ſi nō aduxere.ad finem titul. 29.part.7.† Hanc ſentētiam limitat ibi Iaſo duobus modis.Primò,niſi actor timens,quòd reus non ſiſtet in iudicio vſque ad ſententiam, fecerit eum ſatiſdare, & fideiuſſor promiſerit eum exhibere, quoniam hac inſpecie non liberatur eum ſemel exhibendo, ſed debet ſiſtere vſque ad ſententiam.Secūdò limitat, niſi fideiuſſor reum præſentare promiſerit toties, quoties, vel ad volūtatem eius cui promittitur. Quoniam tunc non liberatur ſemel vel bis præſentando,ſed vſque ad ſententiam eiuſque executionem reum exhibere tenebitur,ſecūdum Bal. in.l.qui crimen.10.q.C.qui accuſſa. non poſſ. quem ſequuntur Imol. Roman, Alexand. & Iaſo in.l. ſi finita.in principio.ff. de dam.infe.idem Roman. & Socin.numero.16.&.17.in.l.2.§.vltim.ff. qui ſatiſda. cogan.Paul.Caſtren.in.l.duobus.§. quòd ſi reus ante finem,& ibi quoque Iaſo numero. 19.ff. de iureiuran. Alexan.in.l.qui bona.§.vltim.in fin.ff.de dam. infe. & in conſilio.145.in principio libro.2.Matth.Afflict. deciſio.Neap.46.Luc.de Pena in.d.l.ſi quis decurio. colum.4.verſi.item dare videtur.C.de decurio.lib. 10. b
& plures alij ab Hippolyto Marſil.citati in.l.vnius.§. cogniturum.numero.35.&.39.ff.de quæſtio. Tiraq. in d.l.boues. §.hoc ſermone.in principio numer. 49. & iterum limita.26.numero.4.&.5.vbi refert Ang. in.d. l.ſi finita.& in.l.2.§.qui exhiberi.ff. de cuſtod. reo.dicentem hac in ſpecie ſufficere quòd fideiuſſor bis reū præſentet, ne tertio teneatur exhibere, ſed poſt ſecūdam præſentationem liberetur per.l.qui bona.§. vlti. ff.de dam.infect.& in.l. fideicommiſſa.§.ſi quis decem ff.de leg.3.& Angelum ſequitur & multis argumentis defendit Lud.Roman.ſibi contrarius in repetit. rub. ff.de arbit.colum.10.verſic. quid autem ſi compromiſſum eſt,& conſilio.15.in.4. dubio, quorum ſententia communiter improbatur. Nam verba hæc toties quoties denotant infinitatem, ſecundum Dyn. Alberi. Bald.Imol.& Alexan.in.d.l.qui bona.§.vltim.ff. de dam.in fe.cum concordantijs à Tiraq. congeſtis,libr. 2.de retra.§.1.glo.2.num.11.& multis ſequē. ad quam infinitatem nulli dubium, quin poſsit quis ſe ſponte obligare,vt in.l.ſi ita ſtipulatus à Seyo.ff. de fideiuſſo 2
ri.Socin.in.l.2.§.in fideiuſſorem.numero.16.&.17.& 18.ff.qui ſatiſda.cogan. † Ad quid autem teneatur fi-
30 deiuſſor in relaxatione à carcere datus, tradit optimè Nicola.Boeri.deciſio 314. & an via executiua procedatur contra fideiuſſorem iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui,vel de præſentando reum in cauſa criminali traditur per Alexand.Socin.& Iaſo.in.d.l.2.§. in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſd.cogant.per Roderic.Xuar.in.l.2. titu.3.de los emplazamientos.§.ſed pone queſtionem per totum libro. 2.fori. Lex igitur noſtra procedit in ſatiſdatione iudicio ſiſtēdi, vel reum præſentandi, de quibus ſupra num.3.vſque in finem prolixè loquuti ſumus,& reſoluam in gloſſa ſequenti.

GLOS. II.

1 *Fideiuſſor iudicio ſiſtendi,vel præſentandi reum ſub pœna,ſi incidat in pœnam ob non paritionem, & pœna non petatur intra annum,remanet de inceps liberatus.*

2 *Fideiuſſor in cauſa criminali vel ciuili,an incurrat pœnam in fideiuſsione appoſitā antequam fuerit monitus? & num.3.*

3 *Iudex ita demum incurrit pœnam à lege impoſitam ſi cauſa non finierit intra certum tēpus, ſi á parte fuerit requiſitus,non aliàs.*

Moræ purgatio non admittitur vbi eſt dies, & pœna.d.num.

4 *Fideiuſſor reum præſentādi in carcere,ſi ab alio fuerit in carcerem miſſus,& demū aut fugerit,an pœnam luere teneatur.*

Fideiuſſor præſentandi reum in carcerē,an liberetur ſi ab alio fuerit captus ob aliam cauſam,& proteſtetur ſe amplius nolle teneri pro eo, ſed a iudice cuſtodiatur & detineatur? ibidem.

No le pueda ſer mas adelante demandado. Nota textum ſingularem,quòd fideiuſſor iudicio ſiſtendi, vel fideiuſſor,de la haz,Hiſpanè dictus,hoc eſt, præſentandi reum ſub pœna in iudicio etiam in cauſa criminali,ſi inciderit in pœnam ob non paritionem rei in termino, & non petita fuerit pœna intra annum à die pœnę incurſæ numerandum, non poterit deinceps pœna peti vel exigi. Quę quidem deciſio eſt peregrina valde eam notat Roderi. Xuarez in tracta. de fideiuſſore in cauſa criminali in vltimis verbis. Gregorius Lupi in.l.19.gloſſa vltima in fin.titulo. 12. de fideiuſſoribus.par.5. vbi diſcrimen inſinuat illius, & noſtræ legis, ibi enim lex deſignat tempus, intra quod tenetur fideiuſſor reum ſiſtere in iudicio,quo elapſo liberetur fideiuſſor à promiſsione iudicio ſiſtendi,vel eum præſentandi,ita vt non incidat in pœnam, nempe, ſi intra triennium actor litem deſeruerit, & non petierit quòd fideiuſſor re exhibeat, hîc autem poſtquam fideiuſſor pœnam incurrit, quo pacto ab ea liberetur, nempe, ſi intra annum actor eam non petierit, quod tene menti perpetuo. † Sed dubitatur, vbi reus captus poteſt ſub fideiuſſoribus relaxari, ſi ipſe promiſit ſe præſentare intra certum terminum, vel fideiuſſor pro eo, an termino elapſo incurrat pœnam in fideiuſsione vel obligatione appoſitam abſque alia requiſitione & monitione? Et Antonius Gomez tomo.3. variarum reſolutionum de delictis capit.9.numero. 9. arguit ad partes.Et primo pro parte negatiua,quòd nō incurrat pœnam,niſi prius fuerit monitus,vel requiſitus à iudice,allegat.l.vltimā.C.vt intra cert. tempus crimi.quæſtio termi.vbi iudex cauſam nō finiens criminalem intra duos annos punitur pœna, de qua ibi, ſi à parte fuerit petitum.Ex quo textu expendit regulam, quòd ita demum iudex incurrit pœnam à lege impo-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

impoſitam ob nõ finitam cauſam intra præfixum terminũ, ſi à parte fuerit monitus & requiſitus, nõ aliâs, ad idem citat textum in. l properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudi. & in auth. hoc amplius. C. de fide com. l. 4 §. hoc autem iudicium ff. de dam. infect. vbi Ripa numero. 10. Anto. in capit penul. numero. 11. & ibi Panormi. numero. 19. de iudi. idem voluit Panorm. in cap. finem litibus. numero. 34. de dolo & contum. Paul. Caſtren. in rubr. C. quom. & quan. iud. Alexan. in. l. properandum. numer. 8. C. de iudi. Ioan. de Plat. in. l. penult. numero 4. C. de anno. & tribut. libro. 10. Felin. in capit. ſin autem. numero. 4. de reſcrip. Iaſo in a l. vniuerſa. numero. 6. C. de precib. Impe. offeren. Marſil. in practica cauſarum crimina. §. nunc videndum numero. 3. & 4. & in repeti. rubr. ff. de fideiuſſo. num. 144. cum concordantijs per Antoni. Gomez traditis vbi ſupra & à me congeſtis in ſtylo cancellariæ, tit. 1. præmi. 17. caſu. 12. declaratio. 13. glo. 1. † Oppoſitũ ni hilominus verius eſſe cenſet Anto. Gom. d. cap. 9. nu. 9. verſicul. ſed his non obſtantibus, quoniam promiſſio vel fideiuſsio illa habet diem & pœnam, merito incidit promiſſor in moram, & pœnam, cuius purgatio minimè admittitur iuxta tex. in. l. magnam. C. de cõtrah. & cõm. ſtip. c. cũ in cunctis. §. cũ verõ. de electio. c. 2. de conceſsio præben. c. licet canon. de electio. li. 6. l. 2. C. de ſponſal. cap. potuit. de loca. ad. l. vltim. C. vt intra certum temp. reſponde. vt per Anton. Gomez. 4 ibidem. † Vbi etiam quærit in fine eiuſdem numeri quid ſi reus quem promiſit ſi intra certum tempus præſentare, fuerit intra id tempus ab alio carceri traditus, deinde aufugit, an tenearis iterum exhibere, vel in defectum pœnam conuentam luere? In quo articulo diſtinguit dicens, aut pro eadem cauſa fuit carceri mancipatus ab alio, & fideiuſſor liberatur: quemadmodũ debitor liberatur quando ab alio eſt facta ſolutio. l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. l. ſolutionem. ff. de ſolutio. §. 1. inſt. quib. mod. tollii. oblig. l. cum ſeruum pecuniam. ff. de verbo. obliga. Sin autem reus captus fuit ex alia cauſa vel pro alio crimine, & tunc fideiuſſor non liberatur, niſi moneat iudicẽ, vel coram eo proteſtetur, vt reum captum cuſtodire faciat, eũque habeat pro exhibito & præſentato, quoniam non vult amplius pro eo teneri, tunc enim licẽt aufugiat, amplius exhibere non tenebitur, etiam ſi promiſerit toties quoties &c. quod dicit eſſe notabile & quotidianum in praxi. Quam concluſionem nuncupatim ait tenere Ioann. And. in addi. ad Specula. in titu. de accuſatione. §. ſequitur. 4. columna. verſiculo. item quæritur. Angel. de Peruſio in. l. 2. §. qui exhibendi numer. 5. ff. de cuſto. reo. Barba. in rubr. de fideiuſſor. numero. 4. Hippolytus Marſilijs in repetitione rubricæ. ff. de fideiuſſoribus. numero. 142. Montalu. dixit hoc habuiſſe in contingentia facti in. l. 4. titulo. 3. libro. 2. fori, in verbo. o por fiador.

LEY. XI.

¶ *Que los merinos de los adelantados dẽ fiadores.*

¶ *Don Enrique ſegundo en Burgos, era de. 1405. Ley. 9.*

¶ Los merinos que por nueſtros adelantados fueren pueſtos, ſean tenudos de dar fiadores en la cabeça de la merindad, a haſta en quantia de veynte mil marauedis.

GLOSA. I.

De dar fiadores en la cabeça de la merindad. Concordat lex 3. titulo. 4. de præfectis Caſtelliæ & merinis ſupra libro. 3. vbi quantitas ſatisdationis augetur vſque ad triginta millia marapetinorum, ſed lex illa de loca tenentibus loquitur.

¶ *El preſo por coſas liuianas, ſi fuere dado en fiado no auiẽdo parte por la miſma cauſa paſſados ſeſenta dias no le tornen á prẽder, ley. 18. tit 9. li. 3.*

¶ *El preſo por condenacion pecuniaria ſea ſuelto, dãdo fianças, ley 16. tit. 18. lib. 4.*

¶ *Que no ſe pueda vender ni preſtar, ni dar en fiado a ningun eſtudiante, ſin volũtad de ſu padre, o de aquel que le tuuiere en el eſtudio, ley. 4. tit. 7 lib. 1.*

¶ *Los legos no hagan cartas ni contractos ante los vicarios ni notarios de las yglesias, ſi no en las coſas pertenesciẽtes a las yglesias, ley 9. tit. 1. lib. 4 ley. 18 titu. 25. eodem lib.*

¶ *Que los legos no ſe ſometan a la juriſdiction eccleſiaſtica ni ſe obliguen con juramento ſobre coſas profanas, ſi no en ciertos caſos, ley. 10. 11. 12. tit. 1. lib. 4.*

¶ *Que los acreedores por ſu autoridad no prendan a los deudores, ni les tomen ſus bienes, ley. 5. 6. tit. 13 lib. 4 l. 1. tit. 17 infra hoc lib.*

¶ *La muger no ſea obligada por deudas o fianças de ſu marido, ley. 7 titulo 3. hoc lib. 5. y alli ley. 9. que la muger no ſe pueda obligar demancomũ, ni ſalir por fiadora de ſu marido, ſino fuere por rentas reales o pechos, o quando ſe conuirtio en ſu prouecho.*

¶ *La muger no pueda ſer preſa por deuda q̃ no deſcienda de delicto ley. 8. 10. titulo. 3. ſupra hoc li.*

¶ *Ningun eſtrangero trate en Indias, ni compre oro ni plata en barras, ni en paſta, ley. 5. tit. 18. lib. 6. ley 11. titulo. 10. ſupra hoc libro.*

¶ *Ningũ hijofamilias ni menor pueda comprar ni tomar en fiado. Y el cõtracto, juramento, ni fiança*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

no valan,y incurran en la pena de la ley.22. tit. 11.deste libro,la qual dispone,que incurrã en las dichas penas los que compraren o se obligaren o tomaren en fiado para quando heredarẽ, y que los corredores que en esto interuinieren sean castigados.

¶ *En que manera los deudores por causas ciuiles q̃ se retrahen a las yglesias con sus bienes, pueden ser sacados dellas,ley fin.tit.2.lib.1.*

¶ *Los hijosdalgo no puedan ser presos por deudas.l. 4.titulo 2.lib.6.*

¶ *Los procuradores de los pueblos que vinieren a la Corte, no puedan ser detenidos por deudas de su concejo,pero por las proprias si,ley.11.titulo.7. libro.6.*

¶ *Los deudores que se retruxeren a las fortalezas sean remitidos a sus juezes,ley.12.titulo.16. libro.8.*

TITVLO DIEZ Y SIETE DE las prendas y repressarias.

LEY. I.

¶ *Que ninguno prenda a otro por deuda ni en otra manera alguna,saluo las guardas de los montes y pastos.*

¶ *Don Alonso en Alcala, era de.1386. titulo.18. ley.1.don Iuan.1.en Valladolid,año.de.1385. l.12.*

¶ Contra derecho y contra razon es, que los hombres hagan prendas por lo que les deuen por su autoridad, no les auiendo dado poder los deudores para los prendar: y sin razon es, que vnos sean prendados por lo q̃ otros deuen. Porende mandamos,que ningun hombre no sea osado de prẽdar a otro, ni vn concejo a otro, por cosa que digã que le deuan,o ayan de cumplir o de hazer,[a] ni deprendar a alguno por deuda que otro deua.[b] Saluo si lo pudiere hazer,porque la otra parte se obligo y le dio poder para que le pudiesse prendar.[c] Y qualquiera que contra esto hiziere,que caya por ello en pena de forçador.[d] Pero que los guardadores de los mõtes,e del pan,e del vino,y de los pastos, y de los terminos,[e] porque son personas publicas,[f] que puedan prendar segun sus fueros y costumbres que han,sin la pena desta ley.

GLOS. I.

1 *Legis nostræ duplex intellectus,& num.2.*
Pignorare aliquem propria authoritate nõ licet eodem,& num.1.

2 *Capere nemo priuatus potest aliquem propria authoritate.*

2 *Capi potest propria authoritate deprehensus in fragante crimine.*
Debitor fugitiuus capi potest propria authoritate cum pluribus extensionibus & limitationibus remissiuè,ibidem.

4 *Capere licet propria authoritate debitorem vel delinquentem ob defectum iudicis.*
Capere alium propria authoritate quibus casibus liceat,remissiuè,ibidem.
Carceris priuati materia,remissiuè,ibidem.

Que ningun hombre no sea osado de prendar a otro, ni vn concejo a otro,por cosa q̃ digan,q̃ le deuã o ayan de cumplir, o de hazer. Dupliciter intelligi potest lex ista. Primò vt nemo priuatus pignoret alium propria authoritate,hoc est,ne pignora capiat absque iudicijs mãdato, & hic est verior intellectus & accõmodatior literæ. † Aliter intelligi potest, nẽpe vt nemo priuatus debitorem suum capere possit propria authoritate, vt in.l.nullus.C.de Iudæis,&.l.1.in principio.ff.quo.lega.&.l.14.titulo.14.de solutionibus.par.5. Et peculiarius statuitur in.l.5.titu.23. de executoribus,supra libro.4. vbi carcerem priuatum nemini facere licet, sicut nec ius sibi dicere.l.9.&.10. titulo.4. de iudicibus.part.3.l.5. titulo.13. de restitu. spolia. sup. libr. 4.† Plures tamen sunt casus, in quibus quilibet priuatus potest alium capere propria authoritate, & ius quodammodo sibi dicere: veluti si quis capiat deprehensum in fraganti crimine.l.1.C. de raptu virgin.Bartolo in.l. generali.C. de decurion. libro.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

bro. 10 Panormitan. & Ripa in capitulo. 1. nume. 87. de iudi. vel in debitori fugitiuo, vel ſuſpecto de fuga. l. ait prætor. §. ſi debitorem, vbi. Bar. & doctor. ff. quæ in fraud. credi. Ripa in cap. 1. de iudi. num. 88. & 89. qui hoc ampliat modis vndecim, & octo tradit limitationes, & latiùs Cacialupus in peculiari tractatu de debitore fugitiuo. q. 3. & 41. Rod Xuar. in l. 2. titu. 3. de los emplazamiẽtos lib. 2. fori §. ſed attende, nume. 20. l. 10. tit. 15. de ceſsione bonorum. vbi Gregor. Lup. part. 5. Marſili. ſingul. 43. incip. debitor fugitiuus. Iaſo in §. 1. inſti. de actio. num. 27. & ibi Ludo. Gomez. num. 59. Paul. Pariſ. conſ. 101. numero. 6. & conſ. 107. num. 52. & conſ. 99 num. 3. lib. 3. doctor. in l. 66. Taur. Anto. Rub. in rep. l. non ſolùm. §. morte, nume. 241. ff. de no. ope. nuncia. Iaſo. in l. vinum, num. 3. & l. pecuniam, numero. 9. ff. ſi cert. pet. & Segura in repeti. l. ab exhęredati ſubſtituto. num. 5. vſque ad. 9. & ibi Dida. Perez. ff. de leg. 1. & latiſsimè omniũ Petr. de Dueñas in regula. 175. incip. debitor fugitiuus, addens amplia-
4 tiones ſex, & tres limitationes. † Tertius caſus eſt propter defectũ iuſtitię, qua in ſpecie licebit propria autoritate debitorem capere, & ius ſibi dicere, ſecũdum gloſſ. in. d. l. nullus. C. de Iudæ. & in cap. ius gentium. 1. diſtin. Innocen. in capit. olim, de reſtit. ſpolia. Alex. optimè conſ. 11. nume. 9. lib. 1. & in l. 1. §. nũciatio nume. 7. ff. de noui. ope. nun. Abb. & Ripa in. d. c. 1. de iudi. numer. 89. verſiculo. 3. caſus, vbi plura ſimilia congerit, ſed hic caſus corrigitur per. l. 10. infra eodem, ibi, Ni porque digan que les ſea denegada la juſticia. Alios enumerat caſus Bart. & Plat. in. d. l. generali. C. de decurio. lib. 1. Speculat. in titu. de actio. §. 1. verſiculo, quivult. Dida. Perez. in l. 5. titulo. 14. lib. 3. ordina. columna. 1264. vbi de carcere priuato etiam tractat, & in l. 17. tit. 14. de executoribus, lib. 2. ordina. columna. 563. Alios pluresca ſus enumerat Matheus Affli. in conſtitutionibus Sicilię, lib. 1. rub. 8. in conſtitu. incip. pacis cultum, numero. 14. & pluribus ſequenti.

GLOS. II.

b *Ni de prendar a alguno por deuda que otro deua.* Pignorationes, quas vulgus repreſſarias vocat, ſunt omnino prohibitæ, dicam in l. 10. & 11. infra eodem.

GLOS. III.

1 *Propria autoritate nõ licet creditori pignora â debitore capere, aliàs committit vim, & incidit in dictum diui Marci.*

Propria autoritate licet creditori pignora capere à debitore, quoties ita fuit conuentum, ibidem.

● *Lex. 3. C. de pignoribus intelligitur, ibidem & ſequenti.*

2 *Propria autoritate licet creditori pignora à debitore capere, ſi ei data fuit licentia in vltima voluntate.*

3 *Propria autoritate licet alicui poſſeſsionẽ alterius ingredi, ſi in contractu emptionis, vel alio quocũque ei conceſſa fuerit facultas ingrediendi.*

Propria autoritate rem emptam occupans, dicitur prædo, niſi ſibi fuerit data facultas ab ipſo contrahente, ibi.

Pactum quod quis poſsit poſſeſsionem propria autoritate capere, poteſt alteri cedi, ibidem.

4 *Pactum quod poſsit creditor rem capere propria autoritate, an exerceri poſsit aduerſus ſingularem ſucceſſorem?*

5 *Exequendi ius ineſſe productum, trãſit in ſingularem ſucceſſorem.*

Exequendi ius donec debitum ſit liquidatum, nõ eſt in eſſe productum, ibidem.

Pactum ingrediendi propria autoritate, an exerceri poſsit contra ſingularem ſucceſſorem, antequam conſtet à debitore habere cauſam? ibidam.

6 *Pactum ingrediendi propria autoritate quomodo exerceri poſsit cõtra ſingularem ſucceſſorem, & quæ verba in contractu apponi debeant, quæ hoc denotent omni caſu? & num. 7:*

7 *Pactum ingrediendi propria autoritate, ſimul cum conſtituto, aut precario exercetur etiam contra de facto reſiſtentem, etiamquè ſi debitum nõ ſit liquidum.*

Conſtitutum transfert vtranque poſſeſsionem precarium ciuilem tantum, ibidem.

8 *Conſtitutum cum pacto ingrediendi, operatur, vt contra facto reſiſtentem, poſsit propria autoritate poſſeſsio occupari, remiſsiue.*

Pactum ingrediendi propria autoritate perdit effectum, ſi debitor reſiſtit de facto, non ſic ſi verbo tantum, ibidem.

9 *Pactum capiendi perſonam debitoris propria autoritate nil valet ex receptiori ſententia.*

Ius capiendi debitorem fugitiuum propria autoritate alteri cedi poteſt, ibidem.

c *Y le dio poder para que le pudieſſe prendar.* Regulariter non licet creditori pignora capere à debitore propria autoritate, nec poſſeſsionem alterius occupare, aliàs vim committit, vt dicam in gloſſa ſequenti, & incidit in edictum diui Marci. l. extat. ff. quod metus cauſa. l. penultima, & finalis. ff. ad legem Iuliam. de vi priua. l. 11. 13. & 14. titulo. 14. de ſolutionibus. part. 5. & probatur expreſſe in lege noſtra, vt dixi in gloſſa. 1. numero. 1. Quæ regulam limitat & reſtringit, niſi ex pacto & conuentione poſſeſsionem, vel quodlibet pignus creditor propria autoritate occupauerit, quod impune facere licét. Idem probat textus optimus in l. 3.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

C. de pigno. & in.l. pen. C. de pignora. actio. l. qui ratio, in fin. ff. eod. l. 11. tit. 13. de pigno. & l. 14. tit. 14. de
2 solutio. par. 5. & l. 14. in fi. ti. 10 par. 7. † Quam limitationem primo extende, vt licentia ingrediendi propria autoritate possessionem alterius concedi possit non solum per cõtractum, verumetiam in vltima voluntate, vt in. l. Titia cum testamento. §. 1. secundum tertiam lecturam. ff. de lega 2. valet nanque argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. seruũ filij §. eum qui chirographum. ff. de lega. 1. quod potissimum vel ex eo comprobatur, quòd ex vltima voluntate dominium transfertur absque traditione in legatis, vt in. l. à Titio. ff. de furt. ex quo hanc extensionẽ tradit Bar. in repet. d. l. 3. nu. 9. C. de pignor. vbi etiam Sal. Bal. in. l. legis Iuliæ. in fin. C. qui bon. cede. possf.
3 Ang. in. d. l. 3. num. 3. C. de pignor. † Secundo amplia, vt procedat non solum in pignore, sed & in venditione & alijs contractibus, in quibus communiter solet dari licentia emptori occupandi rem venditam propria autoritate, tale enim pactum valet, & potest eo mediante possessio rei venditæ propria capi autorita 6
te, vt in. l. Titius. ff de seru. exportan. l. 1. & 2 C. si ser. exportan. vene. l. 1. C. si mãcip. ita fue. aliena. estenim pactum hoc vtile in quibuslibet cõtractibus, quemadmodum & in pignore, nã aliàs pacto deficiẽte si quis rem, quam ex contractu habere debet, propria autoritate occupauerit, dicitur prædo. l. si ex stipulatione ff. de acqui. pos. l. nec exvera. C. eod. ti. ex quibus hoc voluit Bart. in repe. d. l. 3. numer. 10. C. de pigno. & ibi Ange. nu. 3. & Sali. Bal. in. d. l. legis Iuliæ. C. qui bon. ced. poss. Tertio amplia, vt pactum hoc cedi possit, vt notant Bart. Ang. Imol. Roma. Paul. Castr. Alex. & Iaf. in. l. 1. §. vlt. ff. de noui ope. nun. per illũ tex. Dec. cons. 191. Estque communis opinio, licet nonnulli 5
contrarium, vt cõstat ex Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 26. num. 59 60. & seq. † Quarto extendi tradi-
4 tionem hanc, vt procedat etiam contra singularẽ successorem, licet enim debitor, rem pignori subnixã, cũ pacto vt possit eã capere propria autoritate si debitũ 7
tẽpore constituto nõ soluerit alij vendiderit & tradiderit, poterit creditor quantitate sibi debita non soluta, possessionem eius rei propria autoritate ingredi, licet sit apud singularẽ successorem causam habẽtem ab ipso debitore, vt autoritate Accursij in. d. l. 3. C. de pignor. asseuerant ibi Bar. in repe. num. 24. versic. hoc præmisso, & Bal. n. 3. col. pen. post mediũ, & Ang. nu. 5. Alex. cons. 85 nu. 4. lib. 6. Sin autẽ singularis successor & eius rei possessor habet causam ab alio, & nõ ab ipso debitore, nihil operatur tale pactum nec contra huiusmodi singularem successorẽ vires suas porrigit, vt resoluunt præcitati Doct. in. d. l. 3. C. de pign. contra glo. ibi oppositum sentientem. Verũ licet in pacto appositio ad executionem pignoris hæc vera sint, aliud erit, si pactum hoc fuerit appositũ ad executionem actionis personalis, vt si apponatur in venditione, quoniam tunc exerceri non poterit contra singularem successorem, nisi alienatio fuerit in fraudẽ facta, priusq; fuerit rescissa, vt in. §. itẽ si quis in fraudem, insti. de actio. satis tamen erit alienationem fuisse per legem reuocatã, vt in casu. l. Titius. ff. de seru. exportã. & l. si quis sub hac. ff. de cõtra. emp. cũ enim rescindatur à lege, necesse non est, φ à iudice rescindatur, vt in. l. quæ sub conditione. §. penul. ff. de condi. institu. quod præcitati Doctor. in. d. l. 3. fatentur,
5 † Vbi ijdem subdunt necessarium non esse (vt pactũ hoc trãleat in singularem successorem) debitum esse liquidum, vel liquidarum, quo tempore alienatio per debitorem facta fuit, quoniam cũm eo tempore iam fuerit ius exequendi inesse productum, transiuit nimirum in singularem successorem, vt in. l. si superatus §. 1. ff. de pigno. & in. l. si mater. §. vlt. & l. iudicatæ. §. fi. ff. de excep. rei iudi. secus si tunc temporis liquidũ non esset, vt ibi per eos. Quatenus autẽ dicunt, priusquàm creditor vti possit huiusmodi pacto contra singularem successorem, cõstare debere apud iudicẽ, successorem causam habere ab ipso debitore saltem summarie, & hoc cõstito, posse ingredi propria autoritate rei pignoratæ possessionem, nisi esset notorium ab eo causam habere: crederẽ huiusmodi liquidationem necessariam non esse, nisi realiter successor resisteret, cum in causæ cognitione, vel prosecutione possit liquidari. † Quærit tamen singulariter Bar. in repet. d. l. 3. C. de pignor. numero. 25. an possit adhiberi remedium, quo indistinctè contra successorem à debitore causam habente, possit hoc pactum exerceri, vel fieri executio contra eum ex sententia lata contra debitorem, vel hodie iure regio ex instrumento publico, etiam si ius exequendi non erat inesse productũ tempore alienationis? Et resoluit in contractu pignoris hoc fieri posse, si vltra prædictam conuentionem & licentiam creditori concessam propria autoritate capiendi rem hypotecæ subnixam, adiectum fuerit pactum de non alienando eam rem, tunc si quidem cũ alienatio sit nulla, vt in. l. si creditor. § fin. ff. de distractio. pignor. transit nimirum contra successorem ius exequendi, quoniam alienatio est rescissa per legem, arg. eorum quæ diximus supra numer. 4. in fin. & in stylo cãcellariæ. ti. 1. præmi. 17. casu. 20. declar. 6. gl. 3. post Roder. Xuar. in repe. l. post rem iuducatam in lectione. l. regiæ. lim. 1. † Aliud etiam remedium adhiberi potest, vt huiusmodi pactum exerceri possit in singularem successorem etiam resistentem, etiamq; si debitum non sit liquidum, nempe si is qui id pactum apposuit adiecit ei constitutum simplex, aut cum precario, constituendo se nomine creditoris possidere simpliciter, aut precario. Cuius ratio est, quia apud creditorem est vtraque possessio ex constituto quæsita, vel ciuilis ex precario: quare potius dicitur defẽdere suã possessionem: quam occupare alienam, arg. l. cum secundũ, & l. qui possessionem. ff. de vi & vi arma. Hæc fuit sententia Iacob. Butr. cui accessit Bart. in repet. d. l. 3. C. de pignor. numer. 25. versic. sed pone, & ibi quoque Sali. quæst. 8. Bald. consilio. 58. libr. 5. Imol. in cap. potuit. numero. 32. de loca. Paulus Castrensis consilio. 10. numer. 4. libr. 1. Francisc. de Aret. consilio. 21. columna penult. in. 3. dubio, vbi hoc procedere ait etiam contra Ecclesiam. Antonius Cap. decisione Neapolitana. 182. numer. 8. Alexandr. consili. 85. numer. 4. libro. 6. & consilio. 185. numero. 3. eodem libr. 6. Soc. consil. 82. colum. 2 versic. quinta conclusio, libr. 3. Guido Papæ decisi. 356. verficul. septimus est, Aiber. Brun. consilio. 93. numer. 9. Ludou. Gozadin-

consil.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

consilio.28.numero.15.& consilio.42.numer.3.12.& 15.in fin.& consilio.95.numero.8.&.9. Tiraquell.in libr.de cõstituto.1.part.numero.43.vbi hoc tripliciter limitat numero.45.& sequentibus,& potissimum vbi fit incontinenti post alienationem,secus si ex interuallo per.l.qui possessionem.ff.de vi & vi arma.& l.3.§.cum igitur eodem titul.secundũ Paul.& Imol. vbi supra & Carol.Rui.consilio.127.columna.2.li.5. quibus adde tex.optimum in.l.4.titulo.10.de donatio.supra hoc eodem lib.vbi dixi in glo.3.numer.4.

8 † Ibique conclusionem quam supra hac glos.num.1. expendimus ex lege nostra limitaui,vt procedat,si debitor aut non resistat,aut solo verbo resistat,vt pluribus probat Bart.in repeti.d.l.3.C.de pigno.nume.18. &.19.ibidemque nume.4.&.5. hoc iterum sublimitaui,nisi debitor se cõstituerit nomine creditoris possidere,quia tunc etiã si resistat poterit creditor possessionem ingredi ad ibi dicta lectorem relego, ne actũ

9 agam. † Pactum autem capiendi personam debitoris propria autoritate nil valet secundum Bart. in. l. alia.§.eleganter.ff.soluto matrimonio,& ibi Aretin. cuius doctrina frequentius recipitur teste Ripa in. l. obligatione generali.numer.21.ff.de pignor.idem attestatur dom.Didac.Couarru.lib.2.resolutio. cap.1. numer.7.in fin.ibique reddit rationem,& nume. 1. ad finẽ,est tex.in.l.3.tit.13.de pignori.par.5. Sed vbi aliãs iure cõpetit,vt in debitore fugitiuo,poterit hoc ius alteri credi,vt Tiraq.probat lib.1. de retractu. §. 26.glos.3.num.24.

GLOS. IIII.

1 *Pœna rem ab alio possessam inuadentis propria autoritate.*

2 *Lex si quis in tantam.C.vnde vi,cum similibus expenditur ibi,& num.seq.*

3 *Vis fieri censetur,quoties quis rem ab alio possessam propria occupat autoritate.*

Propria autoritate pignus occupans à debitore pro debiti solutione amittit nõ solum ius pignoris, sed & ipsum debitum,ibidem.

Lex extat.ff quod met.cau.cum similibus exponitur, ibidem.

4 *Pœna legis si quis in tantam &.l.extat,quod met. cau.cum similibus non seruatur ex consuetudine totius fere orbis christiani.*

Pœnæ arbitrariæ locus erit propter excessum in casu.l.si quis in tantum. C.vnde vi.& l.extat.ff.quod met. cau.arbitrio iudicis,ibidem.

a *La pena de forçador*. Cõtra violentos occupatores & inuasores plurima sunt à iure constituta remedia, de quibus late agit Francis.à Ripa in repeti.cap.sæpe de resti.spolia.Sed quod attinet ad.l. nostram & eius pœnam:præmittendum est,eum,qui alienam possessionem violenter inuadit, debere eam restituere, & si dominus eius rei erat,priuari dominio, & si dominus non erat, vltra restitutionem eius à iudice damnandus est in estimatione & valore ipsius,vt in. l. si quis in tantam.C.vnde vi,& in.§ sed nedum tam in stitutis bonorum rapto.l.10.tit.10.par.7.l.4. titul.4. lib.4.fori.l.1.titulo.13.de restitu.spoliato. supra lib.

2 4.capit.placuit.16.quæst.1.cap.viti.1.quæst.4. † Quarum legum pœna non modo obtinet in inuasore rei alienę eamque auferente ab eius domino, verũetiam si propria autoritate rem ab alio possessam, cuius alter erat dominus inuaserit,vt probat Didac. Perez in l.2.titulo.14.libro.3.ordina.glossa.vltim.colum.1.56. & sequ.Ant.Gomez.in.l.45.Tauri.nu.187.Alia circa materiam.l.si quis in tantam. C. vnde vi latissimè tradit Francis.Ripa in.d.capit.sæpe de resti. spolia.à numero.68.vsque in finem,& Matth.Afflictus in.c. 1.de pace iuram.firman.à numer.43. vsque ad num. 93.cui triginta & octo tradit limitationes. † Secun-

3 do eadem pœna afficitur creditor, qui propria autoritate rem sibi pignoratam inuasit, vis enim fieri dicitur ex edicto diui Marci nõ solũ si homines vulnerentur, verumetiam quoties id quod sibi debetur per iudicem non reposcit, sed propria autoritate inuadit. l.extat.ff.quod met.cau.l.vlti.ff.ad.l.Iul.de vi priua. l.11.titul.13.de pignori.par.5.l.14.titulo.14. de solutio.ead.par.l.6.tit.9.l.14.titulo.10.par.7. Lex etiam nostra &.l.1.&.5.titulo.13.de restitu.spolia.supra lib. 4. ex quibus legibus constat creditorem,rem sibi pignoratam propria autoritate occupantem pro debiti solutione, amittere non solum ius pignoris iuxta notata per doctores communiter in. dict. l. extat teste Gregorio Lupi in dict. l. 11. glossa vltima, titulo.13 part. 5. verumetiam debitum principale,vt expressim statuitur in.l.14.titulo.10. part. 7.vt ibi doctè aduertit Gregorius Lupi, licet aliud senserit in.dict. l. 11. titulo. 13. &. l 14 titul.14.parti. 5.adde Ripam in.d.capit.sæpe numero. 85. incip. 9. du

4 bitatur.† Nonnulli tamen doctores asserunt, harum legum & similium rigorem nempe legis nostræ & l.si quis in tantam. C. vnde vi,& .l. 11. titulo. 13. part. 5. esse explosum communi totius orbis Christiani vsu, vt attestatur Specula. in titul. de restit. spolia.§.1. versiculo item quidam, Guillelm. Benedictus in repetitione capituli Raynutius.in verbo,si absque liberis. 2. titulo de legatis & fideicommissis numero.148.de testamentis,& dominus Didacus Couarruuias libro.3.resolution.capitulo. 16.numero.7. versicul.his præterea suffragatur in fin.& Philip.Probus ad Ioan.Monach.in cap.eum qui,nu.3.de prębẽ. lib.6.Atq; ita semper vici practicari,vt ea pœna privationis iuris sui no sit in vsu, sed punitur inuasor iudicantium arbitrio in regijs prætorijs, quicquid in contrariũ attestetur Dic.Perez in. l.2.in verbo,entrare,tit.14.li.3.ordina.colu.1255.& seq. dicẽs eas pœnas non esse antiquatas,imo per legem.1.Tauri confirmatas:& si sibi casus similis obueniret maiori fortè affi ceret pœna inuasorem,quod non negamus,si vltra rei occupationem aliàs excederet,vt in specie.l.5. titulo 13 de restitu.spolia.supra. lib. 4. nempe, si debitorem non suspectum de fuga ad carcerem duceret,vel filium eius propria autoritate, & bona eius occu-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

patet,tunc fateor esse damnandum pœna carceris priuati,vt ibi dicit tex.quæ capitalis est,vt in.l. vna . C. de priua.carceri. & l.15 tit.29.par.7.vbi Gre.Lupi & Dida.Perez in.l.17.tit.14.lib.2.ordina.colu.562 . & sequentibus.l.12.tit.4.& l.2.tit.14.libr.4.fori l.2.tit. 13.de legibus fraternitatis infra lib.8.l.10 . infra eod. vbi dicam in glo.7.

GLOS. V.

6 *Y de los pastos y de los terminos.* De quorum officio dicemus in.l.12.ti.7.de terminis publicis, infra lib.7.

GLOS. VI.

a *custodes montium, vel saltuarij dicũtur personæ publicæ.*

custodes potest priuatus quilibet constituere pro re sua custodienda,ibidem.

custodes priuati pignora capere non possunt, ibidem.

2 *custodiæ cura ad eum pertinet qui fructus colligit.*

custodes ponere est signum possessionis,ibi,

3 *custodes priuati,an possint includere animalia dãnum iure domini inferentia?*

Dominus fũdi,an possit capere & includere animalia damnum infundo suo inferentia? ibidem.

4 *cautio,an sit præstanda à domino animalium de restituendo damnum,antequam animalia ei tradantur?*

e *Personas publicas.* Nota quod custodes montium, vinearum,vel messium â cõcilijs vel vniuersitatibus deputati dicuntur personæ publicæ, de quibus dicam in l.12.tit.7 infra.li.7.Alij autem sunt custodes priuati, quilibet enim potest custodes rei suæ constituere, vt rem propriam custodiat,vt in.l.instrumenta.& .l.quæ situm.§.saltuarium.ff.de fundo instru.l.cum quærere tur.§.ff.fi.de lega.3.l.si ita legatus.§.1.ff.de vsu & habita.Bal.in.l.1.C.loca.hi autem cum deputati nõ sint autoritate publica, pignora capere nõ possunt, vt probat tex.iste à contrario sensu,& Cassane . in consuetud.Burgund.rubr.1.§ 6.in principio numer. 60. in fi.sensit Petr Nunni. in capit.1.de mãda. exequẽ. numer.12.versiculo , si vero custodes non sunt publi-
2 ci,fol.6.colum.2 . † Et quod quilibet priuatus possit saltuarios,hoc est,agrorum custodes creare,qui ad fundos domini prohibeat ingressum,probatur ex eo quod cura custodiæ ad eum pertinet, qui fructus rei percipit,vt in.l.2.ff.vsufruct. quemadmodum caue.& notat Barto.in.l.cotem ferro . §. qui maximos numero.14. ff . de publica. & vectigal. signum enim possessionis est apponere custodes , vt probatur in . l. in nomine Domini,columna.1.C.de offi.prefe.præto. Affri.Matth.Afflict.decisio.167.nume.1. Alexand. & docto.in.l.3 ff.de acquirend.posse.Felin . in capit. de quarta,numero.27.de præscrip.Petr.Nun. de manda.exequen.par.1.cap.1.numero.12.versic.si vero custodes non sint publici. † Aduertere tamen oportet hos priuatos custodes, imo & ipsummet dominũ fundi capere & includere posse animalia in eius fundo deprehensa,donec scierit cuius sint:vt contra dominum animalium possit agere ad damna,& cum scierit,statim tenebitur domino restituere. Specula.in titulo de actore in principio,numero.59.Ange.in.l.ratis.ff.de incen.ruina naufra.Bal.& Floria.in.l.Quintus.ff.ad.l.Aquil.pertex.ibi & in.l.sequen . Bonifa. de maleficijs,titulo de damno dato.numero.27. Ant. Capitius decisio.45.nume.1.Bart.Roma.Paul.Castr. Imol.& cõmuniter docto.in.l.hoc amplius.§.1.ff. de dam.infe.vbi Alex.ad Bar.ibi num.3.hanc dixit cõmunẽ.Greg.Lupi in.l.24.in fine in , verbo,encierre, tit.15.de damnis,par.7.Si autem scire potest cuius sit, non potest pecudes includere,vt dicit lex illa par.nisi de hoc sit consuetudo vel statutum,quod fieri potest
4 vt ibi probat Greg. Lupi.† Sed,an teneatur dominus pecudum antequam sibi pecudes restituantur cauere de damno soluendo? Anton. Capi.d.decis.45.num.1. attestatur cautionem à domino animalium esse præstandam,antequam ei restituantur,atque ita se habere communem praxim , quod æquissimum arbitror.

LEY. II.

¶ *Que no se hagan prendas a vezinos de vn lugar,porque a otros de aquel lugar ayan puesto demanda,si no que el juez haga justicia sin dilacion.*

¶ *Don Alonso en Madrid,era de.1367.peti. 85.*

¶ Por quanto algunas vezes por las demandas que algunos han contra otros,algunas personas o concejos prendan alguno o algunas perfonas de aquellos lugares,donde son los contra quien han las demandas, lo qual es causa de hazerse muchos males y daños: mandamos que no se hagan prendas.[a] Y aquellos que las hizieren,que cayan en la pena que se contiene en la ley susodicha.[b] Pero mandamos, que el juez del tal lugar do fuere el demandado,sea tenudo e obligado de hazer justicia, sin dilacion de malicia al que se le querellare: en otra manera sea punido el tal juez,por el daño que a la otra parte sucediere por falta de justicia.[c]

GLOS.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

GLOS. I.

1 *Represaliæ conceduntur ex consuetudine generali ob defectum iustitiæ.*
Remedium extraordinarium cessat, si adest ordinarium, ibid.
2 *Represalijs locus nō est in hoc regno inter homines eiusdem regni.*
Represalijs locus est contra homines alterius regni. ibid.

a *No se hagan prendas.* Nota ex lege ista pignorationes, vulgo dictas represalias, vniuersali consuetudine permissas ob defectum iustitiæ, vt dicam infra eod.l. 10.&.11.hoc in regno omnino cessare, cum competat ex lege ista remedium ordinarium aduersus iudicem iustitiam facare denegantem. Cùm igitur creditori competat remedium ordinarium contra iudicem, vel appellationis, cessat nimirum extraordinarium pignorationum odiosum & iniquum valde.l.in prouinciali.ff.de noui ope.nuncia.l.in causæ.1.ff.de mino.cum similibus, vt in specie asseuerat Martin. Lauden. in
2 tracta.represaliarum.num.4. † Sed hoc intellige in ciuitatibus regni huius, in quibus locus nō erit pignorationibus seu represaliis, vt in dubitanter asseuerat Greg.Lup.in.l.15.in glo.2.in princip.tit.10.part. 7.Aliud autem erit contra homines alterius regni, licebit enim aduersus eos vti represalijs ob iustitiæ defectum vt dicā infra eod.l.10.&.11.& hominibus alterius regni eis vti licebit aduersus regnū hoc, modo prius agatur aduersus iudices iustitiam breuem facere denegantes, vt hic dicitur.

GLOS. II.

Pignorationes seu represaliæ omni iure sunt prohibitæ, vt pro debito vnius alter propria autoritate grauetur, easque faciens prædo publicus dicitur.

b *Cayan en la pena que se contiene en la ley susodicha.* Hæc verba referuntur ad.l. Madriciam Regis Alfonsi, quæ transcripta erat in lib.5.ordinationum.titu.12. l.2.vnde hęc de prompta fuit, quę pœnam publici prędonis imponebat ei, qui pignorationes seu represalias faciebat, quæ omni iure erant prohibitæ, vt pro debito vnius alter grauetur propria autoritate creditoris, prædo enim iure etiam communi dicebatur, vt in authen. omnino, vbi Bal.tractat materiam pignorationum.C.ne vxor pro mari.& in.c.1. de iniur.& dam. da.in.6.vbi late per Marti.Lauden.& Iacob.à Canibus in tracta.represaliarum.l.15.tit.10.par.7.vbi Greg. Lupi, dicam infra eod.l.10.&.11.

GLOS. III.

1 *Iudex negligens in administranda iustitia, an teneatur parti ad interesse?*
Iudex negligens an faciat litem suam? ibi.
2 *Iudex negligens an perdat officium, vel salarium? remissiue.*
Iudex quando dicatur negligens, & an monitio requiratur? ibi. remissiue.
Iudex qui ob negligentiam aliquid soluit, an repetat a parte? remissiue. ibi.

c *Por falta de justicia.* Nota ex lege ista, quòd iudex denegans facere iustitiā, vel negligēs in ea administrāda tenetur parti ad damna & interesse.l.10.in fin.infra eod.& in.l.9.ti.7.de citationibus, par.3.quam ad hoc expendit Did.Perez in.l.28.tit.15.lib.2. ordinatio.col.612.l.4.§.in eum.ff.de dam.infe. in fi.& licet sit inter doctores contentio, an solùm cōpetat actio in factum ad damna & interesse contra iudicem iustitiam facere negligentem, vel an teneatur ex quasi delicto tanquam faciens litem suam, cuius vtitimæ opinionis fuit glos.in.c.hoc etiam.2.quæst.6.& in.l. nō quicquid.§.1.ff.de iudi.Iaso in.§ præterea.num.11.& 12.insti.de actio.Angel.in authen. scenicas non solū si fideiusores præstent, &c.in princip.num.2. colla. 5.Paris de Puteo in tract.syndicatus.in verbo iudex, vt non arguatur, num.5.Prior tamen sentētia, quod solum teneatur ad interesse est receptior, quam tenet Bart.in.l.vlt.versic.quæro.ff.de vari.& extraordi.cogni.vbi Alex in additio.magna in fin. eum sequitur dicens communem esse opinionem, idem voluit Ang.& Ioan.de Imol.in.l.4.§.in eū.ff.de damn. infe.glo.notab.in.c.quoniam contra in verbo negligentiam.de proba.Montal.in.l.24.tit.22.par & in.l. 8.per text.ibi tit.7.lib.1.fori, Ludo.Rom.col.339.versic.quoad secundum.Auilesius in cap.1.prætorum in verbo, fiel, num.28.† Vbi tractat late quando iudex
a negligens dicatur, & quomodo probetur negligentia vsque ad num.38.ibique discutit, an propter negligētiam perdat salariū vel officium, & an præcedere debeat protestatio seu monitio partis, vt iudex tanquam negligens puniatur est videndus, idem Auile.in dict. cap.1.prætorum.num.43.& sequen.& an sint necessariæ plures monitiones, & ibidem, nu.46. & quod ob hanc causam iudex soluit, an repetat ab alio litigatore discutit, num.47.vsque in finem. Deniq; lex ista est singularis in materia, & tollit dubitationes plurimas, signa eam, adde quæ in hac materia dicam infra lib.7.tit.1.in fi.in glos.vlt.

LEY. III.

¶ Que no sean prendados vnos lugares por lo que deuen otros lugares.

¶ Don Alōso en Valladolid, era de.1363.peti.34.

¶ Ordenamos, que en las ciudades y villas y lugares donde no han cabeça de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

pecho,que no sean prendados los vnos lugares por lo q̃ deuen los otros,[a] ni los vnos hombres por los otros,mas q̃ cada vno sea prendado por lo que ouiere de pechar.[b]

GLOS. I.

a *Por lo que deuen los otros.* Circa materiam pignorationum seu represaliarum, vide quę dicam infra eod. l. 10. & 11.

GLOS. II.

Vniuersitas quod debet, singuli non debent.

b *Que cada vno sea prendado por lo que ouiere de pechar.* Sic scribit Luc. de Pena in l. vna. C. vt nullus ex vica. pro alie. debi. lib 11. audite, inquit, & diligẽter attẽdite iustitiarij & iudicãtes qui sub prætextu collectę Regis curiæ debitæ represalias facitis omnium de loco, prædasque interdum agitis, velut hostes: nam & quod vniuersitas alicuius municipij debet, singuli de ipsa vniuersitate nõ debẽt. l. sicut. §. 1. ff quod cui. vniuer. nomi. hactenus Luc. cuius dictum refert Gregor. Lupi, dicens hoc in regno quandoque id fieri in l. 15. in verbo, en otros lugares. tit. 10. de vi priuata, par. 7.

LEY. IIII.

¶ Que el vasallo no pueda hazer prẽdas por lo q̃ le fuere librado en qualquier ciudad, villa, o lugar.

¶ Don Enrique. II. en Toro, era de. 1407. l. 70.

¶ Mandamos, que ningun nuestro vasallo que de nos tenga tierra o merced, sea osado de hazer prendas por lo que le fuere librado, a qualquier ciudad, villa o lugar donde fuere librada su tierra o merced, o acostamiento, [a] ni a otra persona, por los marauedis que le fueren deuidos: y si prendare por si mesmo, que pierda la deuda, [b] si fuere hombre honrado, y si fuere otro hombre de menor estado, que pierda la deuda, y sea preso, assi como el que roba, y no sea suelto hasta que lo nos mandemos. Y si el alcalde por malicia, o por negligencia,[c] no quisiere hazer la prẽda tã ayna, peche al q̃ ouiere de auer los dineros, el daño que rescibiere doblado, a vista de nos o de los nuestros oydores,[d] y los alcaldes y juezes de cada lugar do esto acaescicre, ayã poder de apremiar a los nuestros arrẽdadores y recaudadores, por los cuerpos y por los bienes, hasta que cumplan lo que embiamos a mandar.

GLOS. I.

Donationes terræ vel honoris in Hispania, quæ dicantur.

2 *L. 2. tit. 26. par. 4. verba referuntur, ibi.*

a *Donde fuere librada su tierra, o merced, o acostamiento.* In Hispania Reges nostri consueuerunt donationis vasallis suis nobilibus reddituum facere, quos Reges ipsi soluendos decernunt in loco aliquo regni sui, quam donationem, de tierra idiomate nostro appellamus, de qua & honore mentio fit in l. 2. tit. 26. de feudis, par. 4 cuius verba sunt. *Tierra llaman en España a los marauedis que el Rey pone a los ricos homes, e a los caualleros en lugares ciertos. E honor dizen aquellos marauedis que les pone en cosas señaladas. que pertenecen tan solamente al señorio del Rey, e dagelos el por les hazer hõra, assi como todas las rẽtas de alguna villa o castillo. E quando el Rey pone esta tierra e honor a los caualleros y vasallos, non face ninguna postura. Ca entiendese segun fuero de España, que lo hã a seruir lealmente, e hã los deuen perder por toda su vida, sino fiziessen porque.* Ecce redditus huiusmodi durãt ad vitam eius, cui conceduntur, & non transeunt ad filios nec hæredes. Mortuo tamen Rege concedẽte, ab eius successore confirmationẽ impetrare oportet, quę facilẽ conceditur. l. 20. tit. 13. part. 2. vbi Grego. Lupi.

GLOS. II.

b *Que pierda la deuda.* An hęc pœna sit in vsu, dixi supr. eod. l. 1. glo. 4. nu. 4.

GLOS. III.

Iudex negligens in damnis punitur duplicatis.

c *Por malicia, o por negligencia.* Nota q̃ iudex negligens in damnis duplicatis punitur in specie huius legis, vide quæ diximus supra eod. l. 1. gl. 3.

GLOS. IIII.

Senatores Regij cognoscere possunt de omnibus causis, de quibus Rex ipse cognosceret.

d *A vista de nos, o de nuestros oydores.* Nota regios senatores cancellariæ posse de omnibus causis cognoscere, de quibus Rex ipse potest, dixi in stylo cancellariæ

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cellariæ. titul. 1. præmi. 25. gloss. 4. & præeminen. 20. glo. 1. &. 4.

LEY. V.

¶ Que no puedan ser prendados los bueyes y bestias de arada, ni los aparejos dellos.

¶ Don Alonso en Alcala, era. 1386. tit. 18. l. 2. El mismo en Segouia, era. 1385. ley. 25 confirmã lo don Fernando y doña Isabel en Madrigal, año de. 1476. peti. 25.

¶ Establecemos y mandamos, que por los pechos y tributos que a nos son, o fueren deuidos, ni por deudas que a otras qualesquier personas fueren deuidas por cartas o contratos, o en otra qualquier manera, assi a Christianos, como a Iudios, y a Moros, que no sean prendados, ni tomados, ni embargados por ninguna ni alguna manera, bueyes, ni bestias de arar, [a] ni los aparejos que son para arar y labrar y coger pan, y y los otros frutos de la tierra. Saluo solamẽte por los nuestros pechos y derechos, y de los otros señores: [b] o por deudas que deue el labrador al señor de la heredad, [c] no se hallando otros bienes muebles ni rayzes. [d] Y si los nuestros cogedores y recaudadores, que assi prendan por los nuestros pechos y derechos, y los alguaziles y oficiales, que hazen las entregas de las deudas, y otras qualesquier personas por ellos contra esto hizieren, mandamos, que tornen la prenda que prendaron y tomaron, o embargaron en qualquier manera al querelloso, con el daño que por ello recibiere. Y por esse mesmo hecho, cayan e incurran en pena del quatrotanto de lo que valiere la cosa que fuere tomada y embargada contra esto que nos ordenamos, y desta pena aya la mitad el querelloso, y la otra mitad para la nuestra camara. Y si la entrega o toma o embargo fuere hecho por deuda o fiadoria de persona priuada, que la persona cuya deuda fue, o la fiadoria porq̃ hiziere o prouare de hazer la entrega o toma o assentamiento o embargo, que el tal pierda la deuda o fiadoria, o el derecho que por esta razon le pertenece. Y todo priuilegio, vso, y costumbre que contra esta nuestra ley o declaramiento sea o pueda ser en qualquier manera, nos la reuocamos y tiramos, y mandamos, que no vala. Otrosi, tenemos por bien, e mandamos por pro comun de la tierra, que carta desaforada, o otra qualquier que sea hecha y otorgada hasta aqui, o fuere de aqui adelante, o pleyto, o pastura, o renunciacion, [e] que sea hecha contra esto, que no vala. Y si la jura fuere hecha en contrario contra esto, que el señor del deudo pierda la deuda por esto. Y si alguno hurtare o forçare alguna cosa de las sobredichas, mãdamos, que la torne aquel a quien la tomó, con onze doblado. Y que se parta esta pena, segun que dicha es.

GLOS. I.

Boues & alia animalia ad arandum & seminandum destinata pro executione capi non possunt.

a *Bueyes ni bestias de arar.* Nota boues & alia animalia ad arandum & seminandum destinata capi non posse pro executione, concordat. l. executores, &. l. pignorum & authenti. agricultores. C. quæ res pigno. oblig. posi. l. 4. tit. 13. de pignor. par. 5. titul. 27. de execu. rei iudi. par 3. vide tamen quæ circa hoc diximus in stylo cancellariæ tit. 1. præeminen. 17. declar. 9. legis Toleti in prin. gl. 2. & sequentibus.

GLOS. II.

1 *Boues vel aratoria instrumẽta capi non possunt pro debito priuato vel fiscali, alijs bonis non deficientibus.*

2 *Boues, vel aratoria instrumenta capi possunt pro debito fiscali, alijs bonis deficientibus, non sic pro debito priuato.*

b *Saluo solamente por los nuestros pechos y derechos, y de los otros señores.* In hoc videtur text. iste sibi ipsi aduersari, in eius siquidem initio æquiparat omnia debita siue priuata fuerint siue fiscalia, statuens pro eis nullatenus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nullatenus capi posse boues, vel alia aratoria instrumẽ ta, hic verò excepit ab ea regula debita fiscalia. Quare quo pacto diffluatur antimonia, dubito valde, nisi dixeris in initio supponi, nõ deficere alia bona, in quibus executio fieri possit, qua in specie nimirũ nulla sit differẽtia inter debita fiscalia & priuata, nõ enim
2 capi possunt huiusmodi instrumẽta pro eis. † At hic supponitur, alia deficere bona, in quibus fieri possit executio, quo casu distingitur inter hæc debita, si enim fuerint fiscalia, fiet proculdubio executio in his instrumentis ad culturam agri destinatis, pro debitis verò priuatis secus. Et in hoc corrigitur lex commodis, & quæ ibi notant docto. ff. de re iudi. & l. stipendia. C. de executio. rei iudi. & l. 3. tit. 27. de executio. rei iudi. par. 2. vt latiùs diximus in stylo cãcellariæ titu. 1. præeminẽtia 17. casu. 20. decla. 9. in prin. glos. 6. quod limita, vt in. l. sequen.

GLOS. III.

Boues & alia aratoria instrumenta capi possunt, alijs bonis deficientibus pro debito fiscali, & pro debito ipsi domino fundi.

e *O por deudas que deue el labrador al señor de la heredad.* Nota quòd ea quæ debẽtur ad agricola fũdi domino, habẽt simile fisco priuilegiũ, nẽpe, vt alijs bonis existentibus boues, aut instrumẽta agriculturę, vt pignora non capiantur, sed tũc demum cùm alia bona desunt mobilia, vel immobilia, adde. l. sequen. in fine.

GLOS. IIII.

Boues & alia aratoria instrumenta, quibus casibus capi possint, pro executione.

d *No se hallando otros bienes muebles ni rayzes.* Nota ex. l. ista, quòd tunc demum ad capturam bouũ & aliarũ rerum ad agriculturam designatarum peruenitur cũ alia desint bona, & non aliâs. Et hoc intellige in debitis vel fiscalibus, vel his quæ ab agricola fundi domino debentur, non in alijs priuatis. De quo latiùs in stylo cancellariæ titu. 1. præeminen. 17. casu. 20. declara. 9. in prin. in glo. 6.

GLOS. V.

Renunciari an possit priuilegio ne boues aratorij, & alia instrumenta culturæ destinata pro debito capiantur?

e *O renunciation.* Nota huic priuilegio renunciari non posse, ne publica vtilitas offẽdatur, si boues & instrumenta aratoria pro debito caperentur, vide in simili tradita per Dida. Perez in. l. 1. titu. 2. lib. 4. ordina. col. 1364. & seq. in illa quæst. an nobilitati & eius priuilegio renunciari possit.

LEY. VI.

¶ *Que vn par de bueyes de labrança, no seã apreciados al labrador, aunque sea por pechos reales, ni por otras deudas seã prẽdados los de mas bueyes: ni sean prẽdados los cauallos y armas de los caualleros y hidalgos, saluo por rẽtas reales, y por la renta de la heredad del señor.*

¶ *Don Iuan. II. en Madrid año. 1435. peti. 41. y dõ Fernando y Doña Ysabel en Madrigal año de. 1476. peti. 23. vide. l. 26. tit. 13. lib. 8.*

¶ Ordenamos otrosi, que a ningun labrador no sean apreciados vn par de bueyes de labrãça, assi en los nuestros pechos reales, como en los concejales, ni sean prendados: antes que sean libres y esentos el dicho par de bueyes, [a] a cada vn labrador, y no mas. Y mandamos que la ley quinta sobredicha, [b] sea guardada, assi en los bueyes y bestias de arada, como en los cauallos, y armas de los caualleros y hidalgos, [c] q̃ no puedan ser prendados, secrestados, ni embargados, por ninguna ni alguna deuda que sea deuida a ninguna ni alguna persona, ni por deuda de concejo, ni de otra persona alguna, saluo por los nuestros pechos y derechos reales que sean deuidos a nos solamẽte, y no a otra persona, [d] y por los deudos del señor de la heredad, como dicho es en la ley antes desta.

GLOS. I.

Lex præcedens limitatur.

que sean libres y esentos el dicho par de bueyes. Lex ista limitat præcedentem, vt etiam pro debito fiscali capi pro pignore rustico seu agricolę vnum par bouũ, etiã si alia bona deficiant. De quo latiùs in stylo cancellariæ. tit. 1. præmi. 17. casu. 20. declaratio. 9. in principio glos. 6.

GLOS. II.

1 *Executio fieri non potest in armis & equis militum vel nobilium Hispaniæ.*

2 *Milites*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

2 *Milites quomodo armari & creari possint iure communi vel regio.*

3 *Milites quis creare possit.*

4 *Regina an creare possit milites?*
Milites an creari possint per substitutum Regum? ibit.

5 *Militum materia remissiue.*
Milites nostri temporis an gaudeant priuilegijs militum? ibit.

6 *Fidalgui Hispaniæ vel milites an pro debito ciuili, carceri mancipari possint?*

b *Como en los caualllos y armas de los caualleros e hidalgos.* Nota executionem fieri non posse in equis & armis militum, & nobilium Hispaniæ, qui nostro idiomate
2 hidalgos appellantur. † Milites autem sunt in nostra Hispania à Rege nostro armati & creati, etiã non seruatis ceremonijs antiquis legum Partitarum, nec ab alio, quàm ab ipso Rege creari possunt, vt in l. 6. titu. 1. de militibus. infra lib. 6. nam iure antiquo plura requirebantur. Primo iuramentum de non euitãdo mortem pro republica. 2. quod ei cingatur ensis. 3. quod signetur ei stigmate in brachio. Quarto quod scribatur in matricula militum. Quinto quod examinetur si est idoneus ad militiam, vt Accursius docet in l. milites. ff. ex quib. cau. maior. quam gloss'. commendat Panormi. in. c. in nostra nume. 8. de procurato. Amadeo de Castello in tract. syndicatus, in verbo magnificum & generosum militem, num. 37. Alexand. in. l. centurio nume. 3. ff. de vulga. Petr. Antiuoli in tractatu de muneri. §. 4. nume. 6. Grego. Lupi in l. 49. tit. 5. de emptio. & venditio. par. 5. in verbo, cauallero. Dida. Perez in. l. 1. tit. 1. lib. 4. ordina. col. 1318. Hodie autem sine his solemnitatibus potest Rex noster milites armatos
3 creare, vt in dict. l. 6. tit. 1. infra libro. 6. † Et quamuis olim qui miles erat, creare poterat militem, vt probari videtur in. l. 11. & ibi notat Grego. Lupi in glo. 1. titu. 21. par. 2. & in. l. 1. tit. 25. par. 4. quod ex consuetudine generali fieri notat Ioan. Fab. in rubri. C. de milita. testa. Iure autem communi nemo militem creare potest, nisi Principes vel populus supremus, qui potestatem habeant legum condendarum, secundum Bart. in. l. 1. nu. 78. C. de dignita. li. 12. per tex. in. l. neminem. C. de re milita. lib. 12. Ioan Fab. vbi supra, Greg. Lupi in dict. l. 11. tit. 21. par. 2. in gloss. 1. per text. expressum in dict. l. 6. titu. 1. de militibus infra lib. 6. † Quatenus autem dict. l. 6. permittit Reginæ hanc militum
4 creationem & ordinationem, corrigit. l. 11. titu. 21. par. 2. vel dici potest, non corrigi, sed quod Regina possit per militem, cui ipsa commiserit, hoc explicare, siue sit ibi subditus, vel non, quod & in Rege habere locum. vt per substitutum id facere possit, tenet Greg. Lup. etiam stante dict. l. 6. in dict. l. 11. titul. 21. part. 2.
5 gloss. 1. ad finem. cuius sententiæ adhæret. † Alia plura de militibus vide per Dida. Perez in dict. l. titu. 1. lib. 4. ordina. col. 1317. & plurib. sequen. & Cassaneus in catalogo gloriæ mundi. 8. par. consideratio. 16. &. 17. & pluribus sequenti. Et an milites nostri temporis, eodem gaudeant priuilegio, & ciues regni Peru Indo

rum commendatarij latissimè discussi in stylo cancellariæ. tit. 1. præmine. 17. casu. 20. declara. 9. §. 2. glos. 4. nume. 8. & 9. quæ valde vtilia sunt, ad ibi dicta lectorem relego. ÷ Milites isti & fidalgui communiter dicti nobiles Hispaniæ hoc potissimum gaudent priuilegio, ne pro debito ciuili carceri mancipari non possint, nec arma corporis sui nec equi in pign⁹ capiãtur, vt hîc & in. l. 9. titu. 1. & l. 3. tit. 2. lib. 6. infra & l. 23. tit. 21. par. 2. & l. 3. tit. 27. par. 3. & nos latè de hoc tractauimus in stylo cancellariæ tit. 1 præmiuen. 17. casu. 20. declara. 9. §. 2. gloss 4. num. 4. Et an possit nobilis ipse carceri mancipari dixi ibidem in gloss. 1. vbi omnino vide.

GLOS. III.

Nobiles Hispaniæ pro quibus debitis capi possint eorum personæ vel arma & equi.

Y no a otra persona. Nota arma & equos militum & nobilium Hispaniæ non posse pro debito priuato capi, sed solum pro tributis vel alijs debitis fiscalibus, & non pro tributis alij debitis, concordat. l. 9. tit. 1. de militibus libro. 6. & l. 3. 4. & 5. titul. 2. eod. libr. nisi debita descendãt ex delicto vel quasi, vt in. l. 6. tit. 2. lib. 6. infra vel nisi decoxerint, vt in. l. 4. tit. 19. de decoctoribus, infra hoc lib.

LEY. VII.

¶ *Que los ganados del concejo de la mesta ni de los vezinos de otros lugares no sean prendados.*

¶ *Don Enrique. I III. En Toledo año de. 1462. peti. 17. Y en Nieua año de. 1473. peti. 18. 19.*

¶ Ordenamos y mandamos, que no sean secrestados ni prendados los ganados y bienes semouientes [a] de los vezinos y moradores de las nuestras ciudades, y villas, y lugares, señaladamente del concejo de la mesta, ni sea hecha execucion alguna de los dichos ganados y bienes, por deuda de los concejos y lugares donde ellos moraren, [b] saluo solamente por las deudas propias que ellos deuieren, o fueren fiadores. [c] Y mandamos q̃ se guarden los priuilegios q̃ sobre esto son otorgados por nuestros progenitores, y por nos a las dichas ciudades y villas, y al dicho concejo de la mesta. [d]

GLOS. I.

Lex

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1 *Lex nostra explicatur.*
2 *Capi non possunt, nec pignorari bona particularium pro debito vniuersitatis.*
3 *Vniuersitas non potest obligare singulos de vniuersitate, nisi ipsi consenserint.*
4 *Consuetudine, an effici possit, vt singuli ciues teneantur pro debito ciuitatis vel vniuersitatis.*

a *Ni prendados los ganados ni bienes semouientes*. Nota ex lege ista, pro debito vniuersitatis fieri non posse executionem in bonis semouentibus particularium de vniuersitate prædicta, & licet text. iste de pecudibus seu bonis semouentibus loquatur, positum hoc fuit gratia exempli & frequentioris vsus. Solebant enim fratres concilij mestensis pro debito ipsius concilij pignorari, hoc voluit principaliter prohibere lex
2 ista, & huiusmodi consuetudinem reprobare. † Sed regulariter hæc conclusio procedit in omnibus bonis, tàm mobilibus, quàm immobilibus, iuribus, & actionibus, vt pro debito vniuersitatis bona quæcunque particularium capi non possint, vt in.l.1. C. vt nullus ex vicarijs, lib.11.l.in tantum.§.vniuersitatis, & ibi do 2
cto.ff.de rer.diuisio.l.sed si hac §.qui manumittitur. ff.de in ius vocã.l.1.§.omnibus.ff.quod cuiusque vni. nomi. & ibi notat Ange.nume.4.Bar. Alexan. & docto.in.l.4.§.actor.ff.de re iudica. quia non est debitũ particularium, sed vniuersitatis, vt in dict.l.in tantum §.vniuersitatis, & in locis supra citatis.l.13 titulo.2.de actore, par.3. & ibi Grego. Lupi. † Vniuersitas siqui-
3 dem non potest obligare singulares personas de vniuersitate, si ipsi non consenserint, gloss.in.l.2.C. quæ sit longa consue. Panormi.in.c.cum omnes.num.6. de consti. Bar.in l quod maior.ff. ad municipa. Alexan. consi.44.in fine lib.1.Paul & Ripa num.40.in.l.4.in princi.ff.de re iudi. Bernard. Diaz à Luco in regula.
4 267.† Cæterùm si consuetudo alicubi esset, quòd pro debito vniuersitatis caperentur iumenta & pecudes singularium personarum eiusdem vniuersitatis, valeret consuetudo, secundum Bald.in.l.etiam. nume. 25. C.de executio.rei iudi.per.text.in.l. misi opinatores. C.de exactori, tribu.libr. 10. quem refert & sequitur Grego.Lupi in dict.l.13.tit.2.de actore, part.3. in verbo, o el cabildo, dixi in stylo cancellariæ, tit 1. præemi. 17.casu.20.decla.9.§.4.gloss.4. quam tamen nõ crederem valere hoc in regno, cùm per.l. istam improbetur.

GLOS. II.

b *De los concejos y lugares donde ellos moraren*. Concordat. l.13.tit.2.de actore, par.3.quod intellige, vt dixi in glo. præcedenti.

GLOS. III.

Executio fieri potest aduersus fideiussorem contractus.

c *O fueren fiadores*. Nota executionem fieri posse aduersus fideiussorem contractus, de qua materia vide Roderi.Xuarez in.l.2.tit.3.de los emplazamientos.§. sed pone quæstionem per totum lib. 2.fori, cõcordat cum hac lege tex.in.l.10.in fi.&.11.infra eod.

GLOS. IIII.

1 *Vniuersitas vel cõcilium defendere tenetur pignoratum contra priuilegia vniuersitati concessa.*
2 *ciuitas turbari videtur in possessione, si vnus ciuis prohibetur.*

d *Y al dicho concejo de la mesta*. Quoties priuilegia vniuersitati concessa non seruantur cuicunque personæ eiusdem vniuersitatis, tenetur vniuersitas ipsa vel concilium priuatum pignoratum defendere, quippe cui incumbat defensio subditorum, vt in.c.licet de probatio.& notat Matthæ.Afflict.in constitutio. regni Siciliæ lib.3.rubri.32. constitutione incipi. eos tantum, Petr.Nunnius in lib.de manda.exequen.c.6. numer. 24. versi. & supra dicta faciunt. Quod semper vidi practicari in regia cancellaria Pinciana. † Tota enim ciuitas turbari & inquietari videtur in possessione, si vnus ciuis prohibetur.l.1.§.municipes. ff. de acqui. possessio.& nuncupatim Bald.in.l.si plures.C.de conditio.inse.nume. 13. Oldrad.consil. 66. in fin. Petr. Nunni.de mandatis exequendis.c.13.nu.vlti.

LEY. VIII.

¶ Que ninguno resista las prendas, que el Rey mandare hazer por sus rentas.
¶ Don Alonso en Leon, era de.1387 peti.2.

¶ Mandamos que quando nos embiaremos a prendar, o executar por las nuestras rentas y pechos y derechos, que ningun concejo, ni cauallero, ni persona priuada, no sea osado de resistir la dicha execucion y prendas. Y qualquier que no cumpliere y resistiere nuestra carta y mandado, sobre la dicha execucion y prenda, que si fuere concejo, o persona poderosa, o oficial, que pague seyscietos marauedis desta moneda, q̃ son ciẽto de la buena moneda, [a] y esto q̃ se libre en nr̃a Corte: y si alguna persona singular por su pecho especial, [b] hiziere resistencia a las dichas execuciones y prendas, como dicho es, que pague con el trestãto lo que deuiere, y esto que lo libren los alcaldes de la ciudad, villa, o lugar do esto acaesciere.

LEY.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

LEY. IX.

¶ La pena del que defendiere la prenda de los pechos reales.

¶ Don Iuan I. en Guadalajara año de. 1390. l. 8.

¶ Qualquier que por si o por otro defendiere la prenda que se hiziere por lo que a nos fuere deuido de nuestros pechos y derechos reales, sea tenudo a nos pagar con el doblo [c] las dichas nuestras rentas y derechos, si la dicha resistencia fuere prouada por publico instrumento.[d]

GLOS. I.

Marapetinus bonæ monetæ valet sex hodiernæ monetæ, & aliquando valuit decem.

[a] *Que pague seyscientos marauedis desta moneda, que son ciẽto de la buena moneda.* Hic ponitur pœna resistentium pignorationem, quæ fit ob tributa & iura regalia, nempe, sexcentum dipondiorum seu marapetinorum, vt vulgò dicimus, monetæ hodiernæ, qui centum erant bonæ monetæ, aliàs vnus valet decem, vt in l. 1. tit. 10. de iniurijs infra li. 8. ibi, *Seyscientos marauedis de los buenos, q̃ son seys mil mrs desta moneda.* Quod explicat optime. d. D. Couarr. lib. de veterũ collatione numismatũ cũ his, quæ modo expenduntur. c. 5. nu. 3. quem vide.

GLOS. II.

1 *Nobilis maiori pœna pecuniaria afficitur, quàm plebeius pro eodem crimine.*

2 *Pœnæ iure nouissimo appositæ contra inuadentes & occupantes redditus regios, vel pignoribus pro eis captis resistentes, quibus leges nostræ corrigũtur.*

[b] *Y si alguna persona singular por su pecho especial.* Sed cõtrà videtur, vt in pœna pecuniaria pro eodem crimine plus puniatur nobilis & potens, quàm plebeius & ignobilis, vt in l. properandum. §. sin autem vtrique, & ibi Bartol. & alij. C. de iudi. glos. in c. 1. §. si rusticus, versic. similes rusticum in verbo, aut diuino, in fi. & ibi Bald. Albaro. & Cardin. Alexand. titul. de pace tenen. glos. & Doctor. omnes in cap. cum quidam. de iureiurand. Tiraq. de nobilitate. cap. 20. numer. 120. & sequen. vbi assignat rationem, pluresque citat concordantes. Huic tamen obiectioni responderi poterit, non esse maiorem pœnam, quæ plebeio imponitur, quandoquidem raro aut nunquam sexcentum dipondia soluet aliquis pro tributo, sed multo minorem quantitatem, nisi sit valde diues. † Verùm hæc omnia immutata sunt legibus nouioribus, quibus diuersæ & multò maiores pœnæ pro huiusmodi crimine imponuntur. Nam si quis violenter occupauerit redditus regios, punitur pœna mortis, & confiscationis bonorum omnium, vt in l. 1. titu. 8. de redditibus regijs, infra lib. 8. Si autem absque violentia dolosè redditus regios occupauerit, & fraudulenter si officialis fuerit regius, administrationem quoquomodo habens bonorum regis, punitur exilio perpetuo à regnis, & bona eius omnia confiscabuntur. Sin autem fuerit persona priuata officium regium non habens, restituet redditus cum fructibus, & quadruplum persoluet regio fisco. Eademque pœnas incurrant, qui dederint auxilium opem & fauorem delinquentibus, vt in l. 2. tit. 8. de redditibus regijs infra lib. 9. At vero si quis resistat pignoribus sibi captis pro tributo ab ipsomet debito, illud soluet cum quadrupio & à propio loco vbi degit, exulabit per annum præcisum, eademque plectentur pœna, eis auxilium & fauorem præstantes. Quod si maiorem facerint resistentiam, pœna augebitur iudicantis arbitrio, vt in l. 4. tit. 8. infra lib. 9. quibus leges nostræ corriguntur.

GLOS. III.

[c] *Con el doblo.* Hodie augetur hæc pœna, est enim quadrupli & exilij per annum, vt in l. 4. tit. 8. de redditibus regijs infra lib. 9. dixi in glos. præcedenti. nu. 1.

GLOS. IIII.

1 *Probatio per instrumenta certior est & promptior, quàm per testes.*

2 *Instrumentum est ius probatum eodem.*
Instrumentum est ipsa veritas apparens & probatio probata non probanda, ibi.

3 *Instrumentorum probatio dicitur euidens.*
Instrumentum dicitur probatio euidentissima & manifesta, patens, & indubitata, ibi.

4 *Probatio per instrumentũ requiritur in multis casibus, remissiuè.*
Statutum de instrumento loquens, non extenditur ad testes, ibi.
Lex pœnalis de instrumenti probatione loquẽs, an extendatur ad testes? ibi.

5 *Lex nostra corrigitur per l. 4. tit. 8 lib. 9. infra.*

[d] *Por publico instrumento.* Probatio per instrumentum certior est & promptior, quàm testium, vt constat ex glo. in rubri. ff. de fide instrumen. & ex Feder. de Senis cons. 148. col. 2. & ex traditis à Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 2. glos. 1. numer. 20. & sequentibus, vbi plura congregat, dicens, instrumentum esse ius probatum, secundum Bald. consi. 454 col. 1. lib. 1. & in l. Imperator 1. ff. de statu homi. lectione. 1. col. 2. vers. sed an poterit, estque veritas apparens, probatio probata, non probanda, nec quæ indiget discussione vel fori disceptatione, cui accedit Iaso in repet. l. admonendi. nu. 134. ff. de iureiuran. & in l. 1. num. 10. ff. de noui ope. nun. & cons.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& conſ. 124. in princ. lib. 1. Maria. Soc. in Clementina 1. de procura. & conſ. 12. ad fin. Deci. conſ. 30. & conſ. 118. & conſi. 183. in princ. Marſi. in. l. ſi quis. num. 140. ff. de quæſtio. Ioan. Andre. ad Specula. titu. de procuratori. §. ratione autem formæ col. 1. † Dicitur etiam inſtrumentorum probatio euidens. c. cum dilecti, vbi id expendunt Panorm. & Barba. de donat. c. cum inter. de reiudi. c. cum contingat. de reſcriptis: & euidentiſſima. c. licet cauſam. de probatio. ex quo id notant Anto. & Panor. notab. 13. Feli. notab. 11. & Deci. notab. 13. eſt etiam manifeſta probatio, & manifeſtiſsima liquida, patens, certa, indubitata, & notoria, vt probat Tiraquel. ipſe lib. 1. de retractu. §. 2. gloſ. 1. num. 22. † Quare probatio per inſtrumentum requiritur in multis caſibus, vt in. l. ſi in alterius ad finem C. ſi minor ſe maior. dixe. & auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. petat. l. teſtiū C. de teſti. l. generaliter. C. de non numera. pecunia. c. porro. de priui. c. 1. de cenſib. in. 6. cum alijs multis ibi congeſtis à gloſ. in verbo in ſcriptis & alijs Doctor. atque etiam à glo. in. l. contrahitur. ff. de pignorib. & Specula. in titu. de inſtru. editio. §. reſtat verſi. quid ſi vnus, & Guido Papæ deciſio. Delphina. 582. verſ. ſed quæ ſunt illa. Nimirum ergo ſi hac ratione in. l. iſtare quiratur probatio per inſtrumentum, quæ cum ſit pænalis forte non extendetur ad teſtes, quemadmodum ſtatutum de inſtrumento loquens non extenditur ad teſtes ex ſententia Iacob. Butri. in. l. 1. ff. de fide inſtrumento. Imolæ in rubric. extra de fide inſtrument. idem voluit Tiraq. d. §. 2. gloſ. 1. nume. 15. † Sed forte hæc neceſſaria non ſunt quoad. l. iſtā quippe quæ corrigatur per legem. 4. tit. 8. infra lib. 9. vt dixi in gloſ. 2. nume. 2. vbi maior pœna imponitur, nec illa lex exigit probationem per inſtrumentum.

LEY X.

¶ Que no ſe hagā prendas ni repreſarias por deudas que otros deuan, ni ſe cometā executiones, ſino a las juſticias ordinarias, y quando por grande o euidente cauſa ſe cometiere a otro, ſea perſona rica y idonea.

¶ Don Fernando y doña Yſabel en Madrigal año de. 1476. pragmatica.

¶ Defendemos que en nueſtros Reynos y Señorios, no ſean hechas prendas ni repreſarias algunas por deudas que otros deuan. [a] Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y a los Oydores de la nueſtra Audiencia, y a los nueſtros Contadores mayores, y a los otros Alcaldes y juezes de la nueſtra Corte y Chancilleria, que no den, ni libren cartas, ni ſentencias, ni otras prouiſiones algunas, para que ſe hagan executiones, ſaluo por los Alcaldes ordinarios de los lugares. [b] Y ſi por alguna grande y euidente cauſa ouieren de deputar executores para hazer algunas executiones, que las tales ſean perſonas idoneas y ricos y conocidos en nueſtra Corte. [c] Y otro ſi mandamos, que por razon de teſtimonio que tomen, ni porque digan, que les ſea denegada la juſticia, ni por razon de robos, que digan, que les ayan ſeydo hechos, ni por otra cauſa alguna, ninguno ſea oſado, ni hazer repreſarias contra los bienes de los deudores, ni contra ſus perſonas, [d] ni en otra manera alguna. Y ſi ſi alguno tuuiere tales quejas, que lo pida y demande en juyzio por via ordinaria, [e] faſta que la cauſa ſea fenecida por ſentencia o por obligacion, [f] y ſea pedida la executcion della. Y qualquier que lo contrario hiziere, por eſſe meſmo hecho pierda el deudo que le fuere deuido, y la mitad de ſus bienes ſean aplicados a nueſtro fiſco, y mas incurra en pena de robador publico. [g] Y en qualquier lugar que fuere hallado, ſea hecha en el executcion de la dicha pena. E mandamos, que aquel por cuya cauſa y ocaſion las tales prēdas o repreſarias fueren hechas, [h] que pierda el priuilegio y la merced porque ſe haze la dicha executcion, y pierda el deudo por la primera vez, y por la ſegunda incurra en la dicha pena de robador. Pero que aquellos que tienen nueſtros priuilegios y cartas ſobreſcriptos, que fueren librados de nueſtros Contadores mayores, de marauedis y otras coſas ſituadas, o otras obligaciones publicas, que traen aparejada executcion, [i] que deſpues que ouieren pedido executcion a los ordinarios, y aquellos fueren negligentes, que requieran al concejo y juſticia del lugar, que luego les hagan cumplimiento de juſticia, [k] y ſi no lo hizieren que vengan al nueſtro Conſejo, [l] y moſtrādo las diligencias que ſobre eſto hizieron,

mandamos

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

mandamos, que les sea dado executor en los bienes y personas de los deudores, y de sus fiadores: y assi mesmo de la justicia y regidores y oficiales del concejo, que fueron requeridos y negligentes, en hazer cumplimiento de justicia, y de otra guisa no se haga la execucion, so las penas de suso contenidas.

GLOSSA. I.

1 *Pignorationes vulgo represariæ dictæ inter regnicolas fieri iure regio prohibentur.*

Pignorationes exterorum pro iniustitia facta contra regnicolam an fieri possint, ibi. & seq.

2 *Represariæ seu pignorationes quæ dicantur.*

3 *Rixæ & ad arma deuenire permittitur propter tuitionem corporis & rerum.*

Corpus mysticum dicitur vniuersitas, ibi.

4 *Represariæ loco belli subrogantur, & qui potest indicere bellum, potest & represarias concedere.*

5 *Represariarum materia, remissiue.*

a *No sean hechas prendas ni represarias algunas por deudas que otros deuan.* Nota ex lege ista iure nostro regio represarias vulgo dictas, seu pignorationes, esse omnino prohibitas, sed hoc intellige inter regnicolas, vt censuit Greg.Lup.in.l.15.in verb. otros lugares, tit. 10.de violentijs par.7.dixi in.l.2.glo.1.supra eod. Cõtra non subditos autẽ concedi possunt, ob denegatã, vel prolongatam iustitiã, vt probat idem Greg. Lup. in dict.l.15.in glo.magna tit.10.p.7. ad medium ibique prope finem attestatur in praxi fuisse obtentum, ob denegatam iustitiam in alio regno cuidam Hispano circa prædam ei factam, sequestratas fuisse merces quorundam mercatorũ illius regni hoc in regno existentium vsque ad quantitatẽ prædę, donec Hispano ius redditum fuit in regno illo extero, & tum demum relaxatum sequestrum, ibiq; hoc latè discutit.

2 † Et ne lateat veritas huius quæstionis, præmittendum est represarias seu pignorationes dici secundum b quorundam locorũ vsum, quãdo apprehenditur vnus pro alio, vel res vnius pro re alterius, & sic quoties alius pro alio prægrauatur, vt in.c.1.de iur. iurand. & dam.dato lib.6.& ibi notat Iacob.à Canibus nu.1. est enim quædam species belli iusti concessio represariarum seu pignorationum, secundũ Ioan.de Ligna. in tracta.represari.col.1.& Mart.Laud. eod. tractatu

3 nu.15. † Licet enim suscipere arma ob defensionem proprij corporis & rerum.l vt vim.ff.de iust. & iur. l.7.ti.10.& l.2.tit.8.par.7.& l.pen.ti.6.par.2.c.olim, & ibi Innocen.de rest.spolia. sic etiam & pro defensione corporis mystici, quocirca regno, vniuersitati, vel ciuitati licebit singulos homines eiusdem regni, vel vniuersitatis ab alia offensos armis defendere, tan quam partes corporis mystici. Est enim vniuersitas corpus mysticum, vt dixi, partes suas continens, hæ sunt singuli homines eius, vt in.l.1.& l.si cut.ff.quod cui.vni.nomi. † At represariæ seu pignorationes in

4 locum belli iusti subrogantur, alijsque ordinarijs remedijs deficientibus concedi solent ab habentibus potestatem belli indicendi, causa iusta præcedente ad indicẽdũ bellum, nempe ob non administratam iustitiam alicui subdito, & grauamen ei iuste illatum, vt resoluunt Ioan.de Ligna.& Mart.Laud.in tracta. represariarum, & Ioan.à Canibus in.d.c.1.de iur. iurã. lib.6.d.D.Couar.hoc optimè ratione & authoritatibus probans in relectio.regulæ peccatum.2.p.§.9.nume.4.vers.hinc denique obseruandum est, quodque hæc sit iusta causa indicendi bellum, nẽpe cõtra eos qui subditis nostris denegant facere iustitiam, probat August.in lib.quæstionum.q.10.super Iosue à Gratia no relatus in.c.dominus.23.q.2. Sed bona illorum cũ quibus iustè bellũ gerimus, nostra facimus, & iustè acquirimus statim cum à nobis capta fuerint, cum eorum personis, vt in.d.c.dominus noster.23.q.2. & in §.ea quæ ab hostibus.insti.de rerum diuisio.l.pro hæ rede.§.si quid inde.ff.de acquir.hære.vbi est tex singula.secundum Bart.tex.etiam in.c.hoc iure.1.distinctio. † Nimirum ergo si ex ea causa represariæ iustè

5 concedantur, quæ ex generali consuetudine permissæ sunt, vt notant glo.& doct.in auth.& omnino. C. ne vxor pro mari.Cyn.in authẽt.habita.C.ne fili.pro patre, Iacob.à Canib.in.c.1.de iure iur.lib.6.num. 8. qui & numeris sequentibus tractat, an pignorationes seu represariæ sint omnino prohibitæ, prout summus Pontifex asseuerat in.d.c.1.de iure iur.lib.6.& nu.21. & sequentibus tradit plures limitationes ad regulam permissiuam, quam optimè & elegãter probat.d.D. Couar.d.§.9 nu.4. Ex quo constat non omnino tutã esse Greg.Lup.opinionem in.d.l.15.tit.10.par.7.cum ibi non supponat à Principe concessas fuisse ob eam causam represarias, cui magis obstat.l.sequens, vbi repetam.

GLOSSA. II.

Executio sententiarum vel instrumentorum committi non potest, nisi iudicibus & executoribus ordinarijs locorum, vbi debitores degunt.

b *Salvo por los alcaldes ordinarios de los lugares.* Nota executionem sententiarum vel instrumentorum committi nõ posse per regios senatores alijs quã iudicibus, seu executoribus ordinarijs locorum, vbi debitores commorantur. Ratio est, ne debitis salarijs seu spotulis indebitè priuentur & iniustè. Idem statutũ est in.l.3.& 14.tit.21.de executionibus supra lib.4. Didac.Perez in.l.19.glo.vlt.tit.14.lib.2.ordin. col. 565. & seq. dixi in stylo cancelariæ tit.1.præmi.17. casu 20.declaratio.2.glo.vlt.nu.25. Fallit vt dicam infra in glo.seq.

GLOSS. III.

1 *Executio ex causa legitima & euidẽti cõmitti potest*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

alij quàm ordinario loci, & tũc cuius qualitatis esse debeat executor.

Idoneus non solum dicitur facultatibus, sed & facilitate conueniendi, ibi.

2 *Exequutio hodie cõmitti non potest nisi ordinario loci, aut ex causa exequutori curiæ vel cancellariæ regiæ.*

c *Seã personas idoneas y ricos y conocidos en nuestra corte.* Nota ex causa legitima & euidenti committi posse executionem executori, qui non sit ex ordinarijs loci, eo fortè quòd potens, de quo præsumatur quòd ordinarij facere non poterunt iustitiæ complemẽtum, vel alia simili, & tunc committi debet homini fide & facultatibus noto, & facili ad conueniendum. Non enim ex eo solũ quis dicitur idoneus quòd dives sit, sed quòd & facilis sit ad conueniendum, vt in l. 2. in princ. ff. qui iati. cogan. discutir late Rod. Xuar. in l. 2. tit. 3. de los emplazamiẽtos, lib. 2. fori §. nũc opportune. num. 19. & seq. † Hodie tamẽ aliter cautum est
2 in d. l. 14. ti. 21. supra li. 4. nempe, vt executio committatur executori curiæ vel regiæ cancellariæ, & nõ alij in casu, in quo permissum est, vt alteri quàm ordinario committatur, quæ lex nouior est ista & æquior.

GLOS. IIII.

Captura personæ & bonorum debitorum propria authoritate per creditorem facta prohibetur & punitur, etiamsi ob defectum iustitiæ fiat.

d *Ni hazer represarias contra los bienes de los deudores, ni contra sus personas.* Hoc non dicitur propriè represaria, sed captura propria authoriaate personæ vel bonorum debitoris per ipsum creditorem facta, quæ etiam prohibetur, vt diximus latius supra eo. l. 1. & ibi dixi in gl. 1. & 2. Hic autem augetur pœna, vt infra dicam quinetiam prohibetur in hac lege, etiamsi fieri dicatur propter defectum iustitiæ, vt & diximus supra eodem. l. 1. glo. 1. in fine.

GLOS. V.

Creditor qui possessionem pignoris ingredi potest propria authoritate vrbanius facit si coram iudice petierit.

Que lo pida y demande en juyzio por via ordinaria. Quin-
e etiam si ex pacto hoc possit creditor facere, vrbanius facier si id postulet via ordinaria coram iudice, vt in l. 3. in fin. C. de pigno. & ibi glo. & DD. vide etiã quæ circa hoc dixit latè Tiraq. in lib. de constituto. 1. part. nu. 37. & seq. & nu. 43.

GLOS. VI.

Transactione sententia & obligatione per instrumentum publicum facta dicitur causa finita.

f *Hasta q̃ la causa sea fenecida por sentencia o por obligaciõ.* Credo hũc esse literæ errorem, debuit etenim dicere, o transactiõn, non enim finitur causa per obligationẽ, sed per transactionem l. fratris, & l. causas. l. nõ minorem. C. de transactio. nisi obligatio facta fuerit per instrumentum publicum, qua in specie lis dicitur finita cum hodie iure regio habeat paratam executionem, vt dicam infra in glo. 9. & sic lex ista refertur ad frequentiorem vsum iuxta quem obligationes vt plurimum fiunt coram tabellione publico.

GLOS. VII.

Pœna furis publici mortis.

Pœna capientium personam & bona debitoris propria authoritate.

g *De robador publico.* Latroni publico infligitur pœna mortis, vt in l. 17. tit. 14. de furibus. p. 7. sed quare hic statuũtur tot pœnę tamq; rigurosæ? Respondeo, quia non solum capiunt bona, sed & personã debitoris propria authoritate, ideo puniũtur creditores hoc facientes priuatione actionis & debiti, & in confiscatione dimidiæ partis bonorum, & pœna mortis. Nec hac in specie practicari poterit quod diximus supr. eo. l. 1. gl. 4. n. 4. vt & ibi limitauimus in fine glossæ, seruabitur enim pœna hæc in praxi.

GLOS. VIII.

1 *Pignorationibus absque mandato meo pro debito meo factis ipse puniar.*

2 *Dominus non tenetur regulariter ex delicto procuratoris.*

h *Por cuya causa o ocasion las tales prendas o represarias fueren hechas.* Ecce grauissimis pœnis plectuntur non solum qui pignorationes faciunt, verùmetiam hi quorũ causa & occasione fiunt, nempe, amissionis debiti, & pro secunda pignoratione pœna publici prædonis. Itaque si per famulum meum pignorationes personæ & bonorum fiant, licet non constet de mandato meo
2 puniar amissione debiti, vt hic dicitur. † Quod est mirabile, quoniam regulariter dominus non tenetur ex dilecto procuratoris, si eius mãdato non fiat. l. si quis iniquum. §. si procurator, & ibi DD. notant. ff. quod quisque iur. nisi ad id habeat speciale mandatum, vt ibi dicitur.

GLOS. IX.

Instrumenta publica iure regio habent paratam executionem.

1 *Obligaciones publicas que traen aparejada execucion.* Nota ex lege ista iure regio instrumenta publica habere paratam executionem. Tu vide quæ in materia hac fusse diximus in stylo cãcellariæ tit. 1. præm. 17. casu. 20. in princip. glo. 2. nu. 4. vsque in finem.

GLOS.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

GLOS. X.

1 *Concilia ciuitatum & locorum Hispaniæ iurisdictione carent.*

2 *Concilia ciuitatum quando habeant iurisdictionẽ, & num.3.*

3 *Lex nostra explicatur nouiter.*

K *Requieran al concejo, y justicia del lugar, que luego les hagan cumplimiento de justicia.* Quorsum est requirendum concilium, cùm nullam habeat iurisdictionem nisi in casu speciali, de quo latè diximus in stylo Cãcellariæ, tit.1. præeminen.17.casu 12.& quòd concilium non habeat iurisdictionem actiuam, probat pluribus auctoritatibus Petr. Nunni.in.lib.de mandatis exequen.cap.1.nu.8.† Respondeo in pluribus casibus 2 concilijs ciuitatum & oppidorum regni huius competere iurisdictionem, quorum meminit ipse Petr. Nũnius.d.cap.1.nu.23. Vnus est inodium violentiæ, ne me, si iudices ordinarij non restituerint possessionem spoliatis intra triduũ, etiamsi ex Regio rescripto fuerint spoliati, concilium enim & officiales eius id facient, vt in.l.2.titul.13.de restitut. spoliat. supra lib.4. 3 †Et ipse Petr. Nunn.d cap.1.num.23.versi.3.casus citat.l.12.tit.12.lib.5.Ordinam.vnde lex nostra sumpta fuit, asseritq; ex ea deduci & probari, concilium posse iurisdictionẽ exercere aduersus facientes pignorationes vel represarias. Sed salua eius pace, hoc non probat lex ista, sed q̃ represariæ concedi nõ possunt, etiã si is præda facta est consequi non potuerit iustitiã eo in loco, vbi deprædatus est, nisi requisitionem & monitionem iudici fecerit, & deinde congregationi vel concilio, de qua in hac lege, & sic hac in specie restitutionis prædæ est iudex concilium ipsum in defectum & negligẽtiam iudicum ipsius loci. & hoc probat lex ista, in quo est singularis, nota & signa eam.

GLOS. XI.

Cancellariæ Peru poterunt ob absentiã remotam Regis eiusque consilij de causis cognoscere ipsi Regi reseruacis.

1 *Que venga al nuestro consejo.* In his Indiarum Regnis: quia valde remota sunt à Principis eius consilij præsentia, hac in specie crederem ad Regias Chancellarias, quæ in Regno sunt, esse recurrendũ propter periculum quod ex mora verti posset, vt colliges ex his, quæ fusè diximus supra hoc lib.tit.10.de donatio.l.1.glos.21.num.14. & pluribus sequent.

GLOS. XII.

1 *Concilium ciuitatis dicitur habere iurisdictionem in specie legis nostræ.*

2 *Iudex negligens duci non potest, nisi fuerit à parte requisitus.*

m *Que fueron requeridos y negligentes.* Nota ex verbis istis duo. Primum, quod concilium habet hac in specie iurisdictionem: vt & dixi in glos.10.nu.2.&.3. nam si iurisdictione careret, non puniretur ob negligẽtiam, vt dixi supra eodem.l.2. glos 3. † Secundo non posse n iudicem argui de negligentia, nisi requisitus primum fuerit, de quo per Auiles cap.1. Prætorum, num.43. 44.45.&.46.

LEY XI.

¶Que no puedan ser hechas represarias en personas y mercaderias de fuera del Reyno, saluo por sus deudas.

¶Dõ Enrique.III.en Salamãca, año de 1465. peticion.5.

¶Mandamos, que quando quiera que algunas personas de fuera de nuestros Reynos traxeren a ellos mercaderias, o prouisiones, que no se puedan hazer represarias en las personas y mercaderias de qualquier dellos, a saluo por sus deudas propias, o por fianças que ayan hecho, o por marauedis de mis rentas, o pechos, o derechos. b

GLOS I.

1 *Represariæ seu pignorationes contra mercatores vel homines alterius Regni fieri iure Regio prohibentur.*

2 *Represarias & pignorationes aduersus exteros Rex noster permittere potest.*

Rex non potest legem imponere successori, ibi.

a *Hazer represarias en las personas y mercaderias de qualquier dellos.* Nota text. expressum contra doctrinam Gregor.Lupi in.l.15.titu.10 de vi.publica vel priuata glossa magna, part.7. dicentis represarias & pignorationes iure nostro inter regnicolas, duntaxat esse prohibitas, non vero eas, quæ fiunt aduersus alienigenas & exteros regni, nam si alicui mercatori Regni huius aliquid in Regno Franciæ fuit extortum, & ibi non potuit consequi iustitiæ complementum, poterit represarias & pignorationes facere capiendo merces cuiuslibet Franciginæ, vt sequestrentur, donec ius suum Hispanus noster consequatur. Verum per legẽ 2 nostram hoc expressè prohibetur† Non tamẽ diffiteor Regem nostrum, & non alium magistratum vel iudicem eas pignorationes ex hac causa posse concedere, vt latè probauimus supra eodem l.10. glos.1.non obstante lege ista, per Regem Enricum quartum condita, quippe non potuit Regi nostro eius successori legem imponere, vt diximus supra hoc libr.titulo.10.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de donationi.l.3.glos.2. hæc adde ad ea, quæ diximus supra in.l.præcedenti.glos.1.

GLOS. II.

Lex nostra intelligitur & explicatur.

b *De mis rentas, o pechos o derechos.* Non intelligas legem nostram permittere represarias vel pignorationes aduersus non debentes pro debitis fiscalibus, sed præcipit generaliter, quòd aduersus exteros nō fiant pignorationes, nisi pro debitis ipsorummet exterorum, & alienigenarum, siue debita sint priuata, siue publica Regis & Fisci, quoniam tunc fieri possunt, & nō per priuatos propria auctoritate, sed de iudicis mandato, vt hic dicitur.

LEY XII.

¶Que los nauios con mercaderias que vienen de otras tierras, no sean prendados por deudas de los dueños de los nauios, ni los recueros ni mercaderes que traē mercaderias, no sean prendados por deudas de los lugares donde son.

¶Don Alonso en Alcala, era. 1386. l. 51. tit. 32. Y don Pedro en Valladolid, era de. 1389. peti. 35. Dō Enrique. IIII. en Salamanca, año de. 1465. peti. 5.

¶Establecemos y mandamos, que todos los nauios que vinieren de otras tierras, o de otros Reynos a los nuestros, que traxeren mercaderias, quier por otros, o quier por suyas, que no sean prendados por ninguna deudas que deuan aquellos de cuya tierra son,[a] pues traen mercaderias, o viādas a los nuestros Reynos. Y mandamos que los mercaderes y recueros que traen mercaderias de vnos lugares a otros en estos Reynos, que no sean prendados, ni executados por deudas que deuen los concejos donde son, no las deuiendo ellos, ni siendo fiadores.[b]

GLOS. I.

1 *Legis nostræ ratio dubitandi nulla esse videtur.*

2 *Nauis in qua aliquis piraticam artem exercuit alij vendita, an emptor eius teneatur pro dānis a prædecessore suo in eadem naui illatis, & nu. seq.*

3 *Piratarum bona cuilibet licet deprædari. ibi.*

4 *Tacita hypotheca an contrahatur in bonis delinquētis.*

5 *Delinquere non dicitur, quod ratione caret.*

a *Por deudas que deuan aquellos de cuya tierra son.* Videtur, hanc legem superfluam esse, carereq; hæsitatione probabili. Cui enim dubium, nauem, sicut & alia bona eiusdē vel alterius regni, non posse pignorari pro debitis aliorum in eodem loco vel regno habitantiū, vnde erat nauis & dominus eius? nil aliud traditū est in.l.10. & 11. supra eo. cum quibus lex nostra concordat.† Maiori ratione dubitari poterat, si in prædicta naui aliquis piraticam exercuit artē, & cōplures mercatorum merces deprædatus fuit, deinde nauim, qua deprædationes & direptiones fecerat, alteri vendidit num mercatoribus qui direptiones & dāna passi sunt, aliquo iuris remedio consuli possit aduersus eiusdē nauis emptorem? & videtur mercatoribus damnum passis licere pignorationem nauis facere: quandoquidem piratarum bona vnicuiq; occupare & deprædari liceat: cum hostibus piratæ comparentur, secundum Bal. Paul. & Salic. in auth, nauigia. C. de furt. Beneuenut. de Stracch. in tract. de nauibus. nu. 14. & sequē. in. 2. part. citat notata in. c. 1. de milite vasa. qui contumax est in glos. vlti. & text. in prin. titul. hic finitur 2 3 lex dein. consu. reg. incip.† Eādem sententiā suadet decisio Bald. in. l. furti. C. de fur. dicentis, quòd iure pontificio omnia bona delinquētis ad satisfactionem tacitē obligata censentur. argum. c. parochiano extra de sepult. vnde mercatores ad nauim tanquam tacitē obligatā agere posse videtur: quod placuit Anto. Negusant. in tract. de pigno. in. 4. membro. 2. partis principalis. nu. 143. & sequent.† Sed his non obstantibus 4 contraria sententia verior est, imo ꝙ cōtra nauis emptorem agi non possit non enim delinquit nauis, nec eius emptor: quod enim sensu caret, dici non potest deliquisse, vt in. l. 1. ff. si quadrupes paupe. feci. dicane oberit prima ratio, non enim licet res piratarum impunè occupare apprehendere, postquam ab eius dominio dicesserunt. Qualitas enim adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, cui adijcitur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. l. si Titius. vbi Barto. ff. de milit. testam. Ange. in. l. siue manifestus, in. §. tandiu. ff. de condit. fur. dicens bannitum tunc posse, iuxta statutum impunè offendi, cùm bannitus 5 est offensionis tempore.† Quod secundo diximus excapit parochiano de sepultur. bona delinquentis esse tacitè hypothecata pro dānis datis, intelligendum est in hærede piratæ, non verò extendēdum ad singularē eius successorem, ex sententia Doctorū in cap. tua nos. de vsur. & maximè Panormitan. ibidem, nu. 3. 7. & sequen. Ex quibus hanc vltimam opinionem sequitur Iaf. consi. 170. lib. 2. & Beneuentus de Stracha. in tract. de nauibus. 2. part. num 17. & 18.

GLOS. II.

b *No las deuiendo ellos, ni siendo fiadores.* Iam hoc erat dispositū per. l. 10. & 11. & l. 7. supra eo. vbi vide quæ diximus.

LEY

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

LEY. XIII.

Que el concejo no sea prendado por lo que deuierē los arrēdadores y cogedores de las rētas reales.

Don Alonso en Valladolid, era de.1363.pet.17.

¶ Mandamos que el arrendador, o fiel cogedor que fuere puesto en nuestras rentas, pechos y derechos, sean personas buenas y diligentes en el oficio, y ricos en el lugar do recibierē los dichos nuestros derechos. Y mandamos, que el concejo del lugar no sea prendado por deuda que el dicho cogedor deuiere. [a]

GLOS. I.

Concilium tenetur pro collectoribus reddituum regalium qui soluēdo non fuerint, tāquā ab eo nominatis. Que el cogedor deuiere. Qui collectorē nominauit, tenetur pro eo, si soluendo non fuerit, vt in l. 7. tit. 14. infra lib. 9. nominat autem cum concilium, vtio. l. 1. eiusdem tituli, qua re eo non existente soluendo, concilio tenebitur, & sic secūdū hoc lex nostra limitatur.

Los acreedores por su autoridad no prendē a los deudores, ni les tomen sus bienes, ley. 5. 6. tit. 13. li. 4.

Los caualios y armas de los caualleros y hijosdalgo, no sean prendados. ley. 9. ti. 1. l. 3. ti. 2. lib. 6.

Que no se hagan prendas a los que labraren las heredades, o casas que estuuieren secrestadas, o embargadas. l. 1. tit. 12. lib. 4.

Para que las dehesas deputadas para el pasto del ganado de labor, se guarden, y que los herederos de las puedā prendar, y sus renteros y labradores, y que las prēdas se lleuen a la jurisdicion de donde fuere la dehesa, ponelo la ley. 12. tit. 7. lib. 7.

TITVLO DIEZ Y OCHO

De los Cambios y Cambiadores, y Corredores dellos, y de los mercaderes, e intereſſes.

¶ *Ley. 1. Que los cambios sean libres y frācos, y q̄ no se arrienden, y sean puestas personas en quiē concurran las calidades desta ley, y dē fiāças.*

¶ *Don Iuan. II. en Toledo año de. 1436. pet. 7. y en Madrid año de. 1435. pet. 19. Don Enrique. IIII. en Cordoua, año de. 1455. pet. 16.*

¶ Mandamos que el cambio sea libre y frāco, [a] assi en nuestra corte, como en todas las ciudades, villas y lugares de nuestros Reynos y señorios: y que todos cambien y puedan cambiar sin pena y sin calunia alguna, no embargante qualesquier mercedes, [b] hechas por los Reyes nuestros predecessores, y despues por nos a qualquier o qualesquier personas, de qualquier estado o condicion, preeminencia o dignidad que sean, y q̄ ninguno se entremeta de arrendar los dichos cambios, [c] so pena que por el mesmo hecho pierda todos sus bienes para la nuestra camara, y demas, que el tal arrendamiento sea ninguno, y que los arrendadores y sus fiadores, [d] no sean tenudos a pagar cosa alguna, por razon de los dichos cambios, y damos por ningunas las obligaciones y juramentos, [e] y otras cosas que sobre ello tengan hechas. Y mandamos a las justicias de la nuestra corte, y de todos los nuestros Reynes y señorios, que lo hagan assi: y no consientan ni permitan lo contrario, so pena de la nuestra merced y de priuacion de los oficios, y confiscacio de sus bienes, de los que lo contrario hizieren, para nuestra camara. Pero es nuestra merced, y mandamos, que los que tuuieren cambio publico, y vsaren del oficio de cambiar publicamente, que estos tales sean personas llanas, y abonadas, y quantiosas, y de buena fama, [f] puestos y nō brados y escogidos por nos en la nuestra corte. Y los q̄ ouierē de vsar del dicho oficio publico, [g] en las ciudades villas y lugares de nuestros Reynos, q̄ seā puestos y nō-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

brados por las justicias y regidores, h de las tales ciudades y villas y lugares, so juramento q̃ haga en forma deuida delos escoger tales como de susodicho es, y quales cumplan al biẽ comun de la cosa publica, pospuesta toda aficiõ y vanderia, y amor, y desamor, y todo interesse, y toda otra cosa, mas solamente acatando a nuestro seruicio y el bien comun de la cosa publica. Y que no tomaran ni seruiran por ello cosa alguna, en cosa que le sea prometida o dada por ello, o por causa dello, de su voluntad, k por los tales o por otra qualquier persona o personas: y todos los tales que assi fueren nombrados para vsar del dicho oficio publico, hagan juramento en forma deuida, l que bien y leal y verdaderamente vsaran del tal oficio, sin arte y sin engaño, y sin colusion alguna, y que sean tenudos de dar y den fiadores abonados m para lo assi hazer y cũplir, y para respõder realmẽte y cõ efecto a las personas de quiẽ alguna moneda recibierẽ para cãbiar, cõtodo lo q̃ les ouierẽ a dar. Y q̃ antes no pueda vsar ni vsen de los dichos oficios. n Y es nra merced, q̃ en defecto de los bienes de los tales cãbiadores, y de sus fiadores seã tenudos de los pagar por ellos aq̃llos q̃ los pusieren. o Pero toda via es nra merced, q̃ cada y quando que nos entẽdamos ser cũplidero a nro seruicio, de auer alguna moneda de oro, o de plata para alguna necessidad que ocurra: p que en aquel caso, nos podamos tomar, y tomemos los cãbios de la nra corte, y de qualesquier ciudades, y villas y lugares de los nros reynos y señorios, y passada la dicha necessidad, que se haga y guarde y cumpla lo susodicho. q

GLOS. I.

1 *Campsores dicuntur collibistæ, trapezitæ, mensarij, numularij, vel argentarij.*

2 *Campsores quare liberi & immunes esse debeãt? & quomodo id intelligatur, & nu. 3.*

Que el cambio sea libre y franco. Campsores à verbo cãbio, quod permutare significat, Latinè dicũtur, trapezitæ etiã siue mẽsarij, numulari vel argẽtarij appellãtur, vt authore Cicerone, & alijs authoribus, probat Alciat. li. 1. parergõ. c. 45. in prin. quem infideliter refert Tiraq. li. 1. de retract. §. 30. gl. 1. in prin. dicit enim nõ Latinè dici cãpsores, quod Alciat. nõ dicit, licèt neget cãbiũ Latinè dici posse, à nostrisq; barbarè vsurpatũ fuisse. † Hos liberos esse debere & immunes cõstituit lex nostra, quæ verba in legis discursu declarãtur. Non enim intelligas immunes esse à tributis, vt sunt nobiles seu fidalgui Hispaniæ: liberos autem esse ideò dicit, quoniã liberè possunt omnes huiusmodi munere vti, quãuis ex beneficio Principis vni, duntaxat hoc munere vti fuerit cõcessum, reuocatur siquidem per legẽ nostram priuilegium hoc † Vel immunes ideò appellantur, quia cum officiales publici sint, nihil ratione officij dare electoribus tenẽtur, nec ipsi ciuitati nomine cõductionis. immunes siquidem sunt ab omni præstatione, vt hîc dicitur.

GLOS. II.

1 *Priuilegium Principis alicui cõcessum, vt ipse solus aliquod genus mercium vendere possit iniquũ esse nisi iustum pretium moderetur, & nu. 2.*

2 *Salis venditio vt à Principe solo fiat, tunc licere, cum pretio vendatur iusto, non alias.*

b *No embargante qualesquier mercedes.* Nota priuilegia alicui concessa, vt ipse solus in ciuitate aliqua possit esse cãpsor, seu argentarius, hac lege reuocari. Est enim valde iniquum, à Principe alicui cõcedi priuilegium, vt solus ipse genus a iquod mercium vẽdere possit, vt eleganter probat Dom. à Soto lib. 6. de iust. & iur. q. 2. ar. vlt. col pen. ad medium, & ibi agit de monopolis dixi sup. hoc lib. tit. 14. de propolis. l. 1. glo. 9. nu. 13. † Vbi autẽ pretium iustum fuerit moderatum cessabit iniquitas, vt in venditione salis, quæ fit à solo Principe, vt audio si iusto moderata est pretio, licita erit negotiatio, alias secus, vt author est Luc. de Pẽn. in. l. 1. vers. quicquid autẽ. C. de metallar. & metall. lib. 11. & ibi Ioã. de Plat. Greg etiã Lup. in. l. 55. in glo. 1. tit. 5. de empt. & vẽdit. p. 5. & Did. Perez eo tacito in. l. 2. tit. 23. li. 2. ordina. in gl. magna. col. 713. vers. ista tamẽ.

GLOS. III.

1 *Campsoria ars an licita sit, vel necessaria reipublicæ, & nu. 2.*

Numorũ cõmutatio et auctio est fere cõtra naturã, ibi. Campsoriæ artis cõductio prohibetur lege nostra, ibi.

c *De arrendar los dichos cãbios.* Hæsitari solet, an numularia ars seu cãpsoria licita sit. Dubiũ facit sentẽtia Aristo. li. 1. polyt. c. 6. & 7. dicẽtis veluti cõtra naturã esse artẽ hanc, vtpote numorum commutatricẽ, & auctricẽ: cũ in numis cõmutandis nullũ esse possit naturale cõmodũ, quẽadmodũ esse cernimus in cõmutãdis cibis, vestimẽtis, atq; alijs rebus ad vitã necessarijs. Ex quo fit, vt sterilis pecunia fructuosior quãdoque fit, quã terra ipsa: dixi supra hoc lib. tit. 15. de censibus. l. 4. glo. 1. † Sed nihilominus attem hãc fore necessariã & reipu-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& reipublicæ vtilem,quamuis cæteris omnibus negotiationibus sit periculosior,pluribus probat rum argumentis,tum etiam casibus & exemplis frater Domini cus à Soto lib.6.de iusti. & iur.q.8.art.1.& sequenti. per totam quæstionem , quem omnino vide , lex ista huiusmodi artē locati prohibet,ne detur occasio maioribus dolis & fraudibus,quibus prōptissima est.

GLOSS. IIII.

Fideiussoris obligatio annullatur, quoties à lege contractus principalis prohibetur.

d *Y fus fiadores.* Nam vbicunque contractus prohibetur principalis & à lege annullatur, non valet fideiussio,nec alia accessoria,vt in.l.non dubium.C.de legi. de quo quatenus attinet ad fideiusionem , latè discerit Bar.in.l.cum lex nume.3.&.4.ff.de fideiusso. aliquid diximus supra hoc lib. tit. 11. de emptio.& vend. l.22.gloss.7.

GLOSS. V.

Iuramētum remittere vel annullare aut prohibere, an possint leges ciuiles,vel Principes seculares, remissiue.

e *Y damos por ningunas las obligaciones y juramentos.* Quæstio est non parum controuersa nunquid lex ciuilis,Imperator,vel Princeps secularis possit iuramenti vinculum annullare,remittere, vel iuramentū prohibere,aut aliud interpretari,quam latè examinat Laso.in.l.vltima.ff.qui latisda cogan.& in authenti. sacramenta puberum.C.si aduers.venditio. Fortuni. in tractatu de vltimo fine iuris,illatio.20.domi.Did.Co uarru.in rep.c.quamuis pactum.1.par.§.3. numero.7. post alios doctor.ibi.& in alijs locis ab eis citatis, Ferdinand.Vazq.Menchaq.de succesio. creatio. §. 28. nume.51.& sequen.dixi in stylo cancellariæ titulo.1. præeminen.17.casu.20.declara.14.per totam,& latius in.l.22.gloss.8.tit.11.de emptio. & vendi.supra hoc libro,& in.l.2.tit.2.de dotibus & arrhis supra hoc eodē lib.glo.3.à num.2.vsque in finem. Ex quibus colliges quæ hic necessaria sunt ad intellectum legis nostræ.

GLOSS. VI.

Campsorum seu argentariorum officium non est sordidum.

f *De buena fama.* Nota ex lege ista, quòd officium campsorum seu argentariorum non est vile aut sordidum optimę siquidem & probatæ debent esse famæ, & opinionis,est enim officium publicum,vt dicam infra in gloss.sequen.

GLOS. VII.

1 *Campsoris officium , vel argentarij, est publicum, vel quasi publicum.*
Lex prætor.§.sed si seruus.ff.de edē. explicatur,ibi.
Publicanorum libris qui gabellas colligūt creditur contra se, & contra alios,ibi.
2 *Fœminæ quare mercaturam exercere possint.*
3 *Seruus est capax omnium , quorum eius dominus, si eius nomine & mandato faciat.*
Seruus an possit esse argentarius,ibi.
4 *Argentarij qui? & an notarijs comparentur.*
5 *Numularij qui?ibi.*
Campsores an ad edendum cogantur.ibi.

g *Del dicho officio publico.* Vides hic campsoris seu argētarij officium esse publicum,idem probat tex.in.l. argentarius.versi.ideo.ff.de eden. Contra opponitur tex.in.l.prætor.§. sed si seruus.ff. de eden. vbi seruus argentariam exercere potest, sed si publicū eliet nunus non posset.l.quod attinet.ff.de reg.iur.respondēt gloss.& doctores,nō esse officium omnino publicū, sed quasi publicum,vt notatur in.l.si quis ex argentarijs.§.1.& l.quædam.§.numularios.ff.de eden. Iaf.in l.prætor ait.notab. 2.ff.eod.tit.Sed iudicio meo officium publicum est iure nostro regio,atque etiam cōmuni,quoniam publice eliguntur , iurantque in suis ciuitatibus se fideliter gesturos officia sua,secundum gloss.in.l.quædam,§.numularios in verbo decurritur. ff.de eden.vbi & Bart.in fi. Ex quo ipse infert ad eos qui eliguntur ad recipiendas gabellas vel collectas,vt eorum libris credatur contra se & contra alios,cui accedunt ceteri interpretes, & maximè Iaf.ibidem nu. 8.citat tex.in.l.ne casu.C.de discussori.lib.10.&.§.coges, in auth.de māda.Princip.quando autem publica authoritate non eliguntur,non dicuntur publica habere officia, vt mercatores nostri temporis. + Quare fœminæ mercaturam exercere possunt,vt in.l.1. C.de eden.secūdum interpretationem Pet.& Cyni, & iuxta exemplum Iaco.Butrica.de quo meminit ibi Bart. nume.5.Iaf.nume.16.& Deci.nume.18.quod instruitur ex lege pediculus.§.item cum quæritur, ibi, cùm testatrix negotiatrix fuerit.ff.de auro & argent.lega. & ex.l.sed & si quis.ff.de instito.inallis verbis. parū refert quis sit institor masculus vel fęmina , & paulò post item quis quæve præposuit. Secus autem est in argentarijs & numularijs,quorum officium publicū est,vt in.d.l.argentarius,explicatque optimè Benuenutus de Stracha in tracta.de mercatore par.3.nu.18.

